De Ionis erroribus multi multa disputarunt, alii aliud recte sed, quod mirum est, de falsis facilius persuadentes quam ( qui novissime de ea re integrum volumen primum Geographi incredibili diligentia comportatisque omnis aevi scriptorum conscripsit, C. H. Guil. Völckerus, non modo aliena multo facile probabilia, sed nonnulla etiam aperte errata verbisque pugnantia in medium attulit. Nominavit ille p. 8. seq. ceteri eodem argumento exercuerunt, omissis tamen Ioanne Georgio qui haec attigit in dissertatione de Catabathmo, quae est in versionibus historicis et criticis, editis Weissenfelsae a. 1771. Eodem autem tempore fere, quo Völckerus, disserunt R. H. Klausenius in Musei Rhenani vol. III.

Quemadmodum uniuscuiusque rei recte agenda certior ratio est, sic etiam in his poetarum fabulosis locorum descriptionibus quaedam observandae sunt, sine quibus non potest recte fieri investigatio. Ac primo per se patet, omnem explicandam esse, qui non ab iusta interpretatione verborum proficit, qui hoc in genere fere omnium, qui has et similes res explicant, tantam deprehendimus vel levitatem vel imperitiam, ut, si alii, qui verba scriptorum recte expendere sciunt, nullo fundamento nixa probare nequeant. Deinde in locorum descriptionibus illud curandum est, ne vel minorem vel maiorem ~~ma-~~

sermonibus aliquam coniecturam capiunt. Denique poetae quum de eiusmodi rebus exponunt, poetas esse meminisse oportet, qui audiri cum admiratione narrationes, non quasi in tabula descriptas monstrari digito velint. Accedit quod plurima eorum quae antiquis fabulis tradita sunt, quoniam neque ubi invenirentur certo monstrari poterat et esse putabatur ubicumque aliquid simile memoraretur, vaga per terrarum oras fluctuabant, eoque liberum relinquebant poetis, quibus ea locis vellent assignare. In quo genere dignissimum est quod memoria teneant talium rerum interpretes iudicium Agatharchidis in libro de mari rubro apud Photium Biblioth. p. 1331. sive 722. Hoesch. 444, b. Bekk. ὅτι αὐτός, φησίν, ἐν αὐτῷ αἴτιος καθίσταται ἐλέγχων ὃ τῆν τῶν μυθοποιῶν ἔξοσίαν εἰς πραγματικὴν μετὰ γων ἐνάργειαν· ἥς ἂν τις ἀφελῆ τὸν ἔλεγχον, οὐδὲν εὐτελέστερον καταλείψει γένος τῆς πίστεως ἡρμένης. ἐπεὶ διὰ τῶν αἰτίων Ὅμηρον οὐκ ἐδύνατο, Διὸς καὶ Ποσειδῶνος φράζοντα διαφορὰν, ἀδύνατον ἀνθρώπων πίστιν παραδοῦναι· οὐδ' Ἡσιόδῳ μέμφομαι δηλοῦν τολμῶντι θεῶν γένεσιν· οὐδ' Ἀισχύλον ἐπιπλήττω πολλοῖς διεψευσμένον καὶ πολλὰ συγγράφοντα τῶν ἀσυγχωρήτων· οὐδ' Εὐριπίδον κατηγορῶ τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικός τος τὰς Τημένον πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρειαγόντος πέντε γενεῶν πλόν· οὐδὲ τοὺς εἰς ἐπιτήρησιν ἄγω διασκευαῖς ἐν τοῖς δράμασι χρωμένους ἀδυνάτοις; ὅτι πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας ἢ ἀληθείας ἐστὶ στοχαστής.

Omnium quae prolatae sunt expediendi itineris, quo Io palata est, optima ratio est ea, quam sic, ut a me in Observationibus criticis explicata erat, in tabula descriptam exhibuit Schirlitzius in Manuali veteris geographiae, praemissa brevi explicatione. Nam neque verbis poetae usquam repugnat, neque continet quod incredibile aut absurdum esse appareat: vera autem sit necne dubitari eo tantum in loco potest, in quo quoniam aliqua pars narrationis interiit, incertum est utram duarum inter se oppositarum viam ingredi debeamus. At plerique quum perversis quibusdam opinionibus capti, tum quod iustas interpretandi leges aut non cognitatas habuerunt aut spreverunt, illam quae a me monstrata erat explicationem deserendam iudicarunt.

Eorum statim illi, quibus Prometheus in Caucaso vinculus esse visus est, errarunt gravissime: mirumque quod Völckerus, qui hac in re ab illis discessit, a Welckero, qui in ista sententia fuit, veniam non errandi sibi precandam esse duxit. Quod quidam censuerunt non potuisse in unius trilogiae cohaerentium fabularum altera Prometheum in Scythia, in altera in Caucaso alligatum fingi, id et per se vanum est, et falsum esse quum ego in dissertatione quam scripsi de Solutio Prometheo monui, tum demonstravit Völckerus p. 197. seqq. In Vinculo quidem Prometheo nihil certius est quam scenam non esse in Caucaso, sed in Scythia. Nam quum illud omnium primum et curaverint tragici et debuerint curare, ut spectatores statim ab initio cognoscerent quo in loco res age-

theus est, adeoque v. 720. Prometheus Ioni dicentem  
*πρὸς αὐτὸν Καύκασον μὸλης* quae verba qui sic inter-  
sunt, *ut ea conciliari cum Promethei in Caucasio alligatio-*  
trarentur, manifesto fecerunt quod absurdum est neque h-  
mentem venire debuit.

Prima pars itineris, quo Io orbem terrarum pervagata  
bet obscuritatis. Argis ad Cenchream et Lernaenum litus pr-  
v. 677. 678. Hinc quo se verterit non indicat poeta, sed m-  
tere significat his verbis v. 828.

*ὄχλον μὲν ὄν τὸν πλεῖστον ἐκλείρω λόγων,  
πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.*

Iam igitur iis qui sequuntur versibus ad Molossos eam ac D  
venisse, inde autem postquam in litore progressa ad sinum I  
sisset, retro actam ad Prometheus venisse accipimus. Hii  
ad orientem vertere v. 707. quumque per loca deserta ver-  
thas Nomades, hos vitare et in aspera maris ora progredi,  
habens Chalybes, usque dum ad Araxen perveniat, v. 709—  
tum est, quas poeta v. 712. *ἀλιστόνους ῥαχίας* vocat, liti  
Euxini: quo efficitur locum in quo vinctus est Prometheus  
Scythiae esse, quae regiones illas in tabula descriptas inti-  
stram supra Pontum Euxinum est. Nunc quaesitum est, qu-  
vius quem visus est Aeschylus ignoto aliis nomine Hybrist-  
Eum quoniam et veteres interpretes Araxen esse monent et  
scriptio arguit, hoc nomine vocatum esse in versu qui excide-  
est in adnotationibus. Sed rursus quaeritur, qui sit is fluvii-  
xis nomine, non uni fluvio tribui solito, appellaverit. Quen  
in Caucasio monte oriri, non cadit id in eos qui proximi oc-  
gniores fluvii, Borysthenem, qui in Pontum Euxinum, et T-  
paludem Maeotidem effunditur: cadit autem in illum *πρὸς τὸν*



in ripa pergere iubetur usque dum ad fontem fluvii in Caucaso perveniat, superatoque eo monte descendere versus meridiem ad Amazonas, v. 719—725. quae supra v. 415. in Colchide habitare sunt dictae. Has eam porro perducturas narratur ad isthmum Cimmerium, ubi traicere fretum debeat, quod inde habiturum sit nomen Bospori Cimmerii. Sic perventuram esse in continentem Asiae. Manifestum est haec cum vero locorum situ nulla ratione conciliari posse. Nam superato Caucaso Hypanin, quem Araxen vocat Aeschylus, ab dextra habet Io: quumque iste fluvius ad ipsum Bosporum Cimmerium illabatur in Pontum Euxinum, non posset Io, si sic ad fretum illud pervenisset, non rursus in Scythiam, atque adeo ex Asia potius in Europam quam contra, traicere. Quod videns, opinor, Völckerus comminiscitur p. 225. rem prorsus incredibilem, ne quid gravius dicam, non haec ad ordinem narrationis pertinere, sed data opportunitate obiter adventum virginis in illis locis ut rem memorabilem adici. Nimirum persuaserat ille sibi non potuisse poetam in eadem trilogia et Phasin et Bosporum Cimmerium terminum dicere Europae et Asiae: de qua re dixit p. 198. Quidni vero, quum nemo id vitio vertere potuerit eorum qui illa audirent? Repetit hoc argumentum Völckerus p. 226. ubi propter hanc ipsam caussam illa verba v. 735. *λιπούσα δ' Ἐυρώπης πέδον, ἤπειρον ἤξεις Ἀσιίδα* ad Phasin referenda censet, iisque non continuari atque absolvi praegressam narrationem putat, sed traiectum Bospori in transcurso commemorari, quia Io iam ad Salmydessum pervenerit. At eo illa numquam pervenit, nititurque ista opinio et huius et illius loci interpretatione tam falsa, tam omni narrationis ordini contraria, tam a verborum et sermonis ratione abhorrente, ut mirum sit cogitare de ea potuisse eum qui ipse p. 199. hanc sibi legem scripserat, ut facillima quaeque et planissima sequeretur. Et hoc quidem ipsa luce clarius est, si poeta hic, ubi de Bospori Cimmerii traiectu exponit, statim illa quae attuli verba de adventu in Asia subiecit, prorsus absurdum esse alium intelligi ex Europa in Asiam transitum. Et quis haec audientium divinare potuisset iam non de Bosporo illo sermonem esse? quis perspicere Phasin dici, quem non nominaret poeta, quum praesertim alii alium putarent terminum esse continentium? Immo certissimum est omnique dubitatione exemptum, terminum Asiae et Europae hic esse Bosporum illum Cimmerium. Nam hoc quoque creditum esse gravissimus auctor testatur Herodotus IV. 45. *οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι ἐπ' ὅτεν μὴ λοίση γῆ ὀνόματα τριφάσια κέεται ἐπωνυμίας ἔχοντα γυναικῶν, καὶ ὀδρῖσματα αὐτῇ Νεῖλος τε ὁ Αἰγύπτιος ποταμὸς ἐτέθη καὶ Φάσις ὁ Κόλχος (οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν τὸν Μαίητην καὶ πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια λέγουσι), οὐδὲ τῶν διουρισάντων τὰ ὀνόματα πνθέσθαι, καὶ ὄθεν ἔθεντο τὰς ἐπωνυμίας.* Non minus perversa rectaeque loquendi rationi contraria est alterius loci, quo Völckerus suam sententiam communiri putavit, explicatio. Nam quae v. 724. seqq. leguntur, quoniam non tam imperitus fuerit Aeschylus, ut nesciverit ubi Salmydessus esset

quisquam alius scriptor, qui verborum collocationem a modare didicisset, loqui potuit. Quid est autem quod ta Völckerus in **Salmydessicum** Thermodonte et Themiscy Scilicet in meridionali litore Ponti Euxini fere medio est Themiscyra, eiusdem autem in litoris parte ea qua assurgit supra Bosporum Thracium Salmydessus est. E curate distinxisse censebimus Aeschylum, ut non vicinior putaverit, praesertim quum non urbem Salmydessum, se Salmydessium litus est descripsit? Id vero satis longi Xenophon Anab. VII. 5, 12. *καὶ ἀφικνοῦνται ἐν δεξι Πόντον διὰ τῶν Μελινοφάγων καλουμένων Θρακῶν δησσόν, ἔνθα τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νηῶν πο καὶ ἐκπίπτουσι· τέναγος γάρ ἐστιν ἐπὶ πάντοτε τῆς θα VII. p. 319. Salmydessum sic describit, ἔστι δ' οὗτος ἔξ πρὸς τοὺς βορέας σταδίων ὅσον ἑπτακοσίων μέχρι Κικκος, πρὸς ὃν οἱ ἐκπίπτοντες ὑπὸ τῶν Ἀσιῶν διαρπάζονται κειμένων, Θρακίον ἔθνος. Scymnus Chius v. 723.*

*εἶτ' ἀγχιαλὸς τις Σαλμυδησσὸς λεγόμενος  
ἔφ' ἑπτακόσια στάδια τέναγώδης ἄγαν  
καὶ δεσπρόσορμος ἀλίμενός τε παντελῶς  
παρατέταται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος.*

Stephanus Byzantius autem *Σαλμυδησσός, κόλπος τοῦ* .  
Quod si falsas esse illas Völckeri interpretationes arum ab Aeschylo expositarum ordo monet, ut relicto ve videamus, quam ille imaginem regionum quae circa Ponti infixam habuerit. Ac facile intelligitur, ex uno errore fal quam de Araxe illo suo conceperat omnia posse expediri qua parte vere Hypanis in Pontum Euxinum illabitur, q stram naludis Maeotidis ad Bosporum Cimmerium

gruit cum veris locorum populorumque sedibus, nisi quod Caucasum Aeschylus longius ad septemtrionem videtur removisse. Nunc vero Io, quoniam in illo ad Caucasum itinere trans Araxem ad dexteram habuerat paludem Maeotidem, ab Amazonibus deducitur per tractum qui supra Maeotidem est, quam nunc ad sinistram habet, ad Bosporum Cimmerium, quo trajecto patet eam recte dici iam esse in Asia.

Interruptam hic explicationem itineris pertexit poeta v. 791.

*ὅταν περῶσης ρεῖθρον ἠπειρων ὄρον,  
πρὸς ἀντολάς φλογῶπας ἠκιοστιβεῖς,*

enarraturus quas iam Asiae partes peragere Io debeat. Sed hic aliquid excidisse ex eo apparet, quod quae sequuntur nullo modo copulata sunt cum praegressis, statimque remotissima commemorantur et fabulosa loca, ad quae quomodo perveniat virgo non apparet,

*πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἔξικη  
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθῆνης.*

Hic totius descriptionis locus difficillimus explicatu est, quia desunt ea ex quibus cognoscamus dextrorsumne Io per Asiam in Libyam atque inde in Aegyptum veniat, an sinistrorsum per regiones septemtrionales acta superato freto Gaditano ad Canopum perducatur. Per Scythiam Asiaticam in Aethiopiam Asiaticam atque inde per fauces sinus Arabici in Africanam Aethiopiam ad Nilum, qui usque ad cataractam Aethiops dictus fuerit, ivisse visa est Ioanni Georgio Walthero in iis quae de Catabathmo scripsit; paullo aliter per Asiam profectam esse Hermannus Reinganum ea levitate demonstravit, ut, quod obiter monui in dissertatione de Prometheo soluto p. 22. 23. (Opusc. IV. p. 274. seqq.) falsa potius quam vera videri illa opinio debeat. Contrariam sententiam amplexus est Völkerus, quod Arimaspi ad septemtrionem pertineant: sed quam is rationem itineris p. 204. et 211. et 223. indicavit, ea nihil fingi perversius potest. Circumvisse enim ei visa est Io Pontum Euxinum, atque inde versus septemtrionem esse progressa. Quae descriptio itineris, ne quid dicam de verborum interpretationibus incredilibus perturbatoque fictis ad omnia reversionibus ordine narrationis, vel eo inepta est, quod, quum isto modo Io non possit non transire per eam viam qua ad Prometheus venerat, non intelligitur, cur eam Prometheus per tantas ambages illuc mittat, quo brevissime eadem via qua venerat reverti usque eo ubi ad septemtrionem deflectendum esset potuerit, aut cur eam saltem non ita circum Pontum Euxinum ire iubeat, ut mare illud ad sinistram habeat, quod si fecisset, non erat virgini in pristinam viam redeundum.

Mihi quidem olim in Observationibus criticis videbatur illud *πόντου περῶσα φλοῖσβον* de mari Caspio dictum esse, eoque trajecto Io iuberi ad septemtrionem, atque inde per occidentis oras ad Aethiopes pergere: ad istumque modum iter descriptum est in tabula Schirlitzii. Sed fateor cur de mari Caspio cogitemus, quoniam excidit aliquid ante illa verba, non inveniri caussam idoneam. Priusquam vero quid hodie re amplius

considerata statuendum videatur exponam, paucis refutare volo Völckeri incredibile commentum. Is p. 227. illum versum, 791.

*ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὄρον,*  
de Bosporo Thracio intelligendum putat, quod quum ex omni de qua supra dictum est ratione iuneris absonum esse patet, tum eo ineptius est, quod nemo quisquam, qui haec audiat legatve, de hoc Bosporo, nisi ille aperte nominetur, cogitare potest. Inde postquam peragraverit Io loca Europae quae sunt ad septemtrionem atque occidentem, ita vult eam in Libyam venire, ut lacunae signis post illum quem attuli versum positis sic legantur ea quae reliqua sunt,

*πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἠλιοστιβεῖς  
πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἔξιχη  
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κυρήνης.*

Itaque illum *πόντου φλοῖσβον* fretum esse censet, quo ad Herculis columnas Europa ab Africa distinguitur, ita ut per illud mare in Libyam et ad Cyrenen, ubi Gorgonum sedem esse putat, Io devenerit. At primo si horum trium versuum qui primus est cum eo qui sequitur cohaereret, non fretum illud, sed medium mare mediterraneum ad Cyrenen tranatare diceretur Io: quod vix erit qui dixisse Aeschylum adducatur. Deinde vero non modo temere damnat p. 229. *Κισθῆνης* ut rem vanam, sed ne vidit quidem plane absonum esse in media commemoratione locorum mirabilium et fabulosorum nominari Cyrenen, regionem Aeschyli tempore omnibus notissimam, habitatam a Graecis, multiplicique commercio cum Athenis omnique Graecia coniunctissimam. Praeterea unde illa scripturae fluctuatio, si *Κυρήνης* scripsisset poeta, in quo nomine celebratissimo quis tandem aberrasset librarius? Fugisse credat quis Völckerum acutam suspicionem Meinekii in praefatione Menandri p. 18. Cratini versum illum,

*κἀνθῆνδ' ἐπὶ τέρατα γῆς ἤξεις καὶ Κισθῆνης ὄρος ὄψει,*  
ad hunc ipsum Aeschyli locum spectare. At non sugerat: commemoravit enim p. 7. Denique quod gravissimum est, non cogitavit de illis quae de Phorcibus praedicat Aeschylus,

*ἄς οὐθ' ἥλιος προσδέρκεται  
ἀκτίσιν οὔτε νύκτερος μῆνη ποτέ,*

quae plane absurda essent, si circa Cyrenen, quae vel maxime solis radiis exposita est, habitarent illae Phorci filiae. Neque enim quemquam eo perversitatis progressurum arbitror, ut illis verbis nihil nisi abominari solem et lunam dici adspectum Phorcium putet. Nam hoc quoque absurde de sole et luna, quibus oculos claudere non licet, praedicaretur. Quare verba illa non possunt aliter accipi, quam ut sedes Phorcium ea esse dicatur, ad quam nec solis radii nec lumen lunae penetret. Id vero ab Hesiodo accepit Aeschylus, qui sic in *Theogonia* v. 270.

*Φόρκυ δ' αὐ Κητώ Γραιάς τέκε καλλιπαρήους,  
ἐκ γενετῆς πολλάς, τὰς δὴ Γραιάς καλέουσιν*

ἀθάνατοι τε θεοὶ χαμῶν ἐρχόμενοι τ' ἄνθρωποι,  
Περγηδὼ τ' ἔνπεπλον, Ἐνὺ τε χροκόπεπλον·  
Γοργοῦς θ', αἱ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῦ,  
ἰσχυτιῆ πρὸς νυκτός, ἴν' Ἐσπερίδες λιγύφωνοι,  
Σθεινὴ τ' Ἐδρύαλη τε Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα.

Revertor iam ad illum locum in quo lacuna est. Ibi si aliquo modo cognosci posset quid excidisset, sciremus utrum per septemtrionales oras Europae an per Asiam in Aegyptum venire Io diceretur. Et hoc quidem, quum transiisse in Asiam dicta sit Io, non potest non maxime videri probabile, praesertim quum etiam in Supplicibus Asia peragrata in Aegyptum venisse narretur. Eam sententiam, probatam Welckero, defendere studuerunt Hermannus Reinganum et R. H. Klausenius, hic quidem Strabone usus auctore, qui libro VII. p. 299. *κνυοκεφάλους* et *στεροφθάλμους*, et, qui aperte iidem cum Arimaspiis sint, *μονοφθάλμους* ex Aeschyli Prometheo commemoret, quos populos a Ctesia in Indicis c. 20—23. ex eoque a Plinio H. N. VII. 2. et Gellio IX. 4. Indis vicinos perhiberi. Speciosa haec profecto argumentatio esset, si fundamentum haberet firmitus et fidei faciendae magis accommodatum. Sic enim Strabo, quid Apollodoro visum sit referens, οὐ θανμιστὸν δ' εἶναι περὶ Ὀμήρου· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν ἡμίκνυας λέγοντα καὶ μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους, Ἀλκμῶνα δὲ στεγανόποδας, Αἰσχύλον δὲ κνυοκεφάλους καὶ στεροφθάλμους καὶ μονομμάτους ἐν τῷ Προμηθεῖ φησι, καὶ ἄλλα μετρία. Eandem ille Apollodori sententiam iisdem verbis commemoraverat libro I. p. 43. non tamen nominata Aeschyli fabula, ut eam ne in altero quidem loco nominasse videatur, praesertim quum ipsa illa verba turbent perpetuitatem orationis, ita ut Heynius rectissime iudicaverit nihil hoc nisi interpretis adnotationem esse, qui quod *μουνῶπα στρατὸν* in Prometheo dictum sciebat, id ad *μονομμάτους* adscripserit. Ita vero concidit illud argumentum, nisi quis, quod Arimaspos poeta *ἰπποβόμονα στρατὸν* vocat, huc referat *ἰπποπροσώπους* aureae regioni quae dicebatur ad Gangem vicinos, quos commemoravit Arrianus in Periplo maris Erythraei p. 35. ed. Hudson. Sed tamen ut Scytharum potius moribus viventes ita vocasse Aeschylum Arimaspos monuit Völckerus p. 184. Itaque solum relinquitur hoc, quod simplicius per Asiam in Aegyptum adducatur Io, quam si eam iterum ac fortasse tertium in Europam redeuntem faciamus. Sed tamen bis illa etiam in Supplicibus has continentes attigisse narratur his verbis v. 528.

διχῆ δ' ἀντίπορον  
γαῖαν ἐν αἴσα διατέμνονσα πόρον  
κνυματίαν ὀρίζει.

Quibus uterque Bosphorus significatur. Quid vero si Aeschylus ob id ipsum, quod ex Asia hic rursus in Europam deducturus esset vagam virginem, ne Europam ter peragrante faceret, consulto in superioribus

vitavit Thracii Bospori, quem traiecisset, mentionem? Certe mirum est quod eam Argis ad Lernaenum litus profectam dicit, quasi mare debeat transnatare, et tum abruptim narrationem, eiusque postea magnam partem se omittere indicat v. 828.

ἄλλοι μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων,  
quo videtur cavisse ne obiici posset neglectio Bospori Thracii. Augent hanc suspicionem quae Hyginus refert fab. 145. *at Iuno formidinem ei immisit, cuius timore exagitatam coegit eam ut se in mare praecipitaret: quod mare Ionium est appellatum. Inde in Scythiam transnavit, unde Bospori fauces* (sic scribendum videtur, non *fines*) *sunt dictae.* Obstare autem illorum opinioni, qui iter statim ex Asia in Libyam perducunt, rem gravissimam, Arimaspos, apparet, qui quomodo in orientem transferri contra omnis antiquitatis fidem possint, ipsi non habent dicere defensores illius sententiae, si a Klausenii illo de quo dictum est e Strabone advocato auxilio discesseris. Itaque Welckerus in Trilogia p. 144. eo confugit, ut redire Aeschylum, ubi Arimaspos memorat, ad omissam partem narrationis statuatur. Hoc quidem modo veteres scriptores interpretari non licet. Arripuit tamen hoc artificium Völckerus, eoque, quum Gorgones ad Cyrenam habitare ei placeat, multo mirabiliorem in modum usus est p. 227. Quid? ubi in ipsis maxime meridianis locis est Io, Prometheus ei dicat quid in extremo septemtrione vitari oporteat? Haec quidem monstra se ipsa interficiunt. Aut orienti sunt admovendi Arimaspi una cum Gorgonibus, aut Gorgones transferendae ad Arimaspos. Et de Gorgonibus quidem pugnantia traduntur. De quarum sedibus quae prolixissime disputavit Völckerus comprehendemus verbis scholiastae Pindari ad Pyth. X. 72. αἱ δὲ Γοργόνες κατὰ μὲν τινὰς ἐν τοῖς Ἐρυθραίοις μέρεσι καὶ τοῖς Αἰθιοπικοῖς, ἃ ἔστι πρὸς ἀνατολὰς καὶ μεσημβριαν, κατὰ δὲ τινὰς ἐπὶ τῶν περάτων τῆς Αἰβύης, ἃ ἔστι πρὸς δύσιν. ὅτι δὲ αἱ Γοργόνες οὐκ εἰσὶ πρὸς ἄρκτους δῆλον· οὐδεὶς γὰρ ἰστόρησεν. Atqui aut hoc quoque falsum est, ab nullo scriptore ad septemtrionem collocatas esse Gorgones, si Arimaspi, quos iis consociat Aeschylus, illinc removeri nequeant, aut Arimaspos transferre cogimur eo ubi Gorgones istae habitant. Id miro quodam modo fecit O. Müllerus in Dorien-sium vol. I. p. 276. seq. Damasten apud Stephanum Byzantium in v. Ὑπερβόρειοι, cuius verba infra afferemus, sine dubio Arimaspos in septemtrione Ponti Euxini et quidem paullum orientem versus posuisse censens, in quam rem Vkertum de Damaste p. 48. auctorem adhibere videtur; Issedones autem et Arimaspos et griphos negans occidenti ad-moveri posse, quod ex testimoniis a Vossio allatis patere; Hyperboreos contra ad occidentem migrare potuisse avulsos ab Arimaspiis: nihilque in contrariam partem valere Antimachi et Pherenici auctoritatem. Mihi haec imperiosius dicta videntur: neque aut apud Vossium invenio quod ait, et Vkertus, quam exigua fides Damastis sit, ex Strabone I. p. 47. docet.

Non negaverim ego quidem, concedi hoc fortasse Aeschylō posse,

ut, quoniam griphi etiam in orientis oris memorantur, Arimaspos quoque illic admovere sibi licitum putaverit. Sed difficilius tamen hoc ad credendum est, quam ut non illa eum praetulisse censeamus, quae minus a communi fama abhorrent. Quare si quid in hac rerum ambiguitate, in quam versibus illis qui interierunt coniecti sumus, licet dispicere, probabilius videtur reflecti iter ad septemtrionem in Europam, proferrique per occidentem Libyae ad Aegyptum. Et quis sciat an simili quodam invento, ut Hercules apud Pherecydem in fabuloso illo poculo Solis per Oceanum circumvectus ad Prometheum venit, etiam Io ad Hyperboreos fuerit delata? Sed de his nihil constat: illud videndum est, quid pro isto itineris ad septemtrionem cursu afferri possit. Galenus in comm. prima ad Hippocratis Epidem. VI. p. 454. vel V. ed. Bas. sive XVII. p. 879. ed. Lips. quid *πέμφιξ* significet declarans, haec scripsit, *Αισχύλος δὲ ἐν Προμηθεΐ δεσμώτῃ*

*εὐθειῶν ἔρπε τήνδε· καὶ πρώτιστι μὲν  
Βορεάδας ἤξεις πρὸς πνοάς, ἴν' εὐλαβοῦ  
βρόμον καταιγίζοντα, μὴ σ' ἀναρπάσῃ  
δυσχειμέρω πέμφιγι συστρέψας ἄφνω.*

Et paulo post, *ἐπὶ δὲ τῆς ῥανίδος ὁ αὐτὸς φησιν ἐν Προμηθεΐ  
ἔξενλαβοῦ δὲ μὴ σε προσβάλλῃ στόμα  
πέμφιξ· πικρὰ γάρ, κοῦ διὰ ζωῆς ἄτμοι.*

Hi versus quod in superstite fabula non legerentur, a viris doctis tributi sunt Solutio Prometheo: in quo etsi potuerunt scripti esse, quum ventos vehementissimos flare in illis locis, ubi cum Liguribus pugnaturus esse Hercules in illa fabula dictus est, Strabo tradiderit, tamen nondum satis iusta inventa est caussa, qua errasse aut Galenum aut librarios in Vincti Promethei nomine doceremur. Videtur autem etiam alterum fragmentum ex eadem qua prius tragoedia sumptum esse, primum quia simpliciter ex Prometheo affertur, ut consentaneum sit intelligi eum qui erat indicatus, tum quia nomen illud *πέμφιξ* in utroque est, cuiusmodi vocabulorum repetitiones Aeschylō sunt usitatissimae.

Gorgoneos campos ubi quaerere oporteat, si communem famam secutus est Aeschylus, non potest obscurum esse. Hesiodum Gorgones ante Hesperides, *πέτρην κλυτοῦ Ὠκεανοῦ, ἰσχυατῆ πρὸς νυκτός*, collocare constat. Plerique in Libya ad extremum occidentem ponunt, quorum testimonia congegessit Völckerus. Quod si his eas in locis Aeschylus quoque habitare voluit, haec verba, *πόντου περῶσαι φλοῖσβον*, ad illud mare spectare necesse est, quo Libya ab Europa separatur. Non est id autem fretum Gaditanum, sed longe extra columnas Herculis. Erythia enim aliaeque multae eaeque non prorsus ignotae atque inaccessae regiones extra illas columnas esse putabantur: de qua re exposuit Valckenarius ad Herod. IV. 8. Itaque si in Libya sedem Gorgonum esse putavit Aeschylus, recte dictum esse patet v. 808.

*τηλουρὸν δὲ γῆν*

ἦξεῖς κελαινὸν φῶλον,

nec mirari debemus, quomodo ad Aethiopes in Libya venerit Io non traiecto freto Gaditano: quippe iam erat in illa parte orbis. Teneamus igitur sic, in extremo occidente Libyae, et fortasse, propter illud Hesiodi *ἰσχατιῇ πρὸς νυκτός*, in locis aliquantum ad septemtrionem vergentibus, campos illos Gorgoneos Cisthenamque esse, quam *τέρματι γῆς* vocavit Cratinus. Ita conciliari potest illud, quod Harpocratio adnotavit, Thraciae montem esse Cisthenam, cum Aeschyli scholiastarum opinione, qui Libyae vel Aethiopiae esse dicunt. Aethiopiae quidem dicta esse videtur Cisthena quod mox Aethiopes memoravit Aeschylus: Libyae autem certo est, si sunt Gorgones. Hae vero si inter occidentem et septemtrionem, quum ex Thracia Boreas flaret, videri potuit pro itineris quod Cratinus describebat ratione Thraciae mons esse Cisthena. Aeschylus quidem quae de Phorcidibus praedicat,

ὡς οὐθ' ἥλιος προςδέρεται

ἀκτίσιν οὔτε νύκτερος μῆνη ποτέ,

ita sunt illi caeli plagae accommodata, quam Homerus *πρὸς ζόφον* appellat, ut maxime in loca media inter occidentem et septemtrionem expectant, quibus opposita sunt illa, quae sunt *πρὸς ἥῶ τ' ἡλίον τε*. Nec profecto est quod aliquem moretur illud, quod supra e scholiasta Pindari est allatum, qui Gorgones negat a quoquam ad septemtrionem collocari. Nam diserte id facere prohibebat vetustissima fama, quae earum sedem ante Hesperides ponebat aut in Libya, cuius ipsum nomen de meridianis oris cogitare iubet. At Hesperides quoque Apollodorus apud Hyperboreos esse iudicavit. Cuius opinionis Völckerus p. 149. praeter hunc duos alios testes excitavit, Pherecydem et Tzetam. Sed Tzetzes quidem, qui haud dubie Apollodorum secutus est, quum in Chil. II. 357. scripsit

ἔξ Ἐσπερίδων ἀγαγεῖν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων,

non alium potest usum praebere, quam ut prodatur eadem se quae nos hodie apud Apollodorum legisse, II. 5, 11. §. 2. de pomis Hesperidum ita scribentem, *ταῦτα δὲ ἦν οὐχ ὡς τινες εἶπον ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἀτλαντος ἐν Ὑπερβορείοις*. Nescio tamen an ille hoc non tam auctoris cuiuspiam fide quam sua ex coniectura dixerit, quod apud Pherecydem videret Herculem peragrata Libya Aegyptoque per orientalem Oceanum circumvectum, postquam ad Prometheum venisset, huius monitu ad Atlantem accedere, ut ab illo poma Hesperidum acciperet, Atlantem autem, Hercule interea caelum sustinente, abire ad Hesperides, reversumque inde Herculi poma tradere. Sic enim haec ex Pherecyde refert scholiastes Apollonii ad IV. 1396. in quibus prorsus nihil est, unde Pherecydem Hesperides cum Hyperboreis coniunxisse appareat. Sed ne indigemus quidem his auctoribus. Non est enim cur magnopere conturbemur Arimaspiis, qui quod coniungi cum Hyperboreis soleant, Hyperborei autem ad solum septemtrionem pertineant, non sunt visi cum Gorgonum ad occidentem situ posse conciliari. Völckeri de his rebus disputatio



nec rite iacto fundamento nititur, et ipsa secum pugnat. Hyperboreos ille p. 149. et 168. praefracte negat usque ad occidentem inveniri. Recte illud quidem, et tamen etiam non recte. Nimirum quis Hyperboreos non dicat supra Boream habitare? Ipsa enim cogit vis nominis. Et ita, ut alios praeteream, Pherenicus apud scholiastam Pindari ad Olymp. III. 28. cuius versus, quorum duo etiam a Tzetzta Chil. VII. 681. sunt allati, ita scribendi videntur,

ἀμφὶ θ' Ὑπερβορέων, οἳ τ' ἔσχατα ναιετάουσιν,  
 νηῶ ὑπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο·  
 τοὺς μὲν ἄρα προτέρων ἔξ αἵματος ὑμίνουσιν  
 Τιτήνων βλύστοντας ὑπὲρ δρόμον αἰθήρηεντα  
 νάσσασθαι Βορέου, ἔχειν τ' Ἀριμασπῶν ἀνακτα.

At aliud est habitare supra Boream, quod numquam non potest cadere in Hyperboreos, aliud videre, qui terrarum tractus creditus fuerit supra Boream esse. Atqui idem ille Völcckerus, qui tam fortiter septemtrioni vindicat Hyperboreos, latissime eorum sedes patere atque adeo ad occidentem usque extendi non uno loco est confessus, ut p. 149. 152. seq. testaturque satis diserte Strabo XI. p. 507. ἄπαντας μὲν δὴ τοὺς πρὸς-βόρρους κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν· οἱ δ' ἔτι πορρωτέρω (sic scribendum videtur pro πρότερον) διελόντες τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ Εὐξείνου καὶ Ἰστροῦ καὶ Ἀδρίου κατοικοῦντας Ὑπερβορέους ἔλεγον καὶ Σαυρομάτας καὶ Ἀριμασπούς. Alia in hanc sententiam I. H. Vossius in Epistolis mythologicis, quamquam solita cum obstinatione, disputavit. Nobis satis est adūcere quae apud Stephanum Byzantium leguntur: Ὑπερβόρειοι, ἔθνος. Πρώταρχος δὲ τὰς Ἀλπεῖς Ῥίπαια ὄρη οὕτω προσηγορεῖσθαι, καὶ τοὺς ἐπὶ τὰ Ἀλπεῖα ὄρη κατοικοῦντας πάντας Ὑπερβορέους ὀνομάζεσθαι. Ἀντίμαχος δὲ τοὺς αὐτοὺς φησὶ εἶναι τοῖς Ἀριμασποῖς. Λαμαστίης δ' ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν ἄνω Σκυθῶν Ἰσηδόνας οἰκεῖν, τούτων δ' ἀνωτέρω Ἀριμασπούς· ἄνω δ' Ἀριμασπῶν τὰ Ῥίπαια ὄρη, ἔξ ὧν τὸν Βορέαν πνεῖν, γίγνα δ' αὐτὰ μήποτε ἐκλείπειν· ὑπὲρ δὲ τὰ ὄρη ταῦτα Ὑπερβορέους καθήκειν εἰς τὴν ἑτέραν θάλασσαν. καὶ ἄλλοι ἄλλως. Vt Posidonius, de quo scholiastes Apollonii Rhodii ad II. 675. Ποσειδώνιος δὲ εἰναὶ φησὶ τοὺς Ὑπερβορέους, κατοικεῖν δὲ περὶ τὰς Ἀλπεῖς τῆς Ἰταλίας. Recentiorum qui de Hyperboreis scripserunt libros nominavit Sturzius ad fragmenta Hellanici p. 145. Antiquissimos tamen auctores in ipso septemtrione ponere Hyperboreos sat validis argumentis docuit C. O. Müllerus in Prolegomenis mythologicis p. 419. seq.

Redeunt haec eo, ut fateri debeamus Aeschylum ipsum iuxta cum aliis nescivisse qua certa in sede collocaret Arimaspos et griphos. Itaque postquam Io ad campos Gorgoneos trans mare in occidentem Libyae est adducta, aliud in illorum locorum vicinia periculum commemorat, Arimaspos, quique prope eos sunt auri custodes griphos, confundens am-

nem Plutonem cum iis quae de Tartesso metallifero fluvio acceperat. Eadem fere I. H. Vossii sententia est. Sive enim Aeschylus quem Plutonem vocat ex illa fama hausit, quae a Vibio Sequestre p. 15. his verbis est prodita, *Arimaspa gentis Scytharum, unde aurum Scythae legunt*, sive aliunde petiit, is amnis re, non opinione Aeschyli, si Gorgones ad occidentem sunt, Tartessus est, de quo Stesichorus apud Strabonem III. p. 148.

*σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθρίας*

*Ταρτησοῦ ποταμοῦ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυρορρίζου.*

Ibi certe Gorgones posuit Tzetzes ad Lycophr. 633. p. 721. *ὡςπερ καὶ αἱ Γοργόνες ἐν Ταρτησοῦ τῆς Ἰβηρίας, καὶν τινες ἐν Ταρσῶ ταύτας εἶναι λέγουσι*. et ad v. 838. p. 825. de Perseo, *πετόμενος ἦλθεν ἐπ' αὐτὰς τὰς Γοργόνας ἐπ' Ὠκεανὸν οὐσας περὶ πόλιν Ἰβηρίας τὴν Ταρτησοῦν*. Quod ut ille sua ex coniectura dixerit, tamen ipse Völckerus, qui eum non recte sic coniecisse p. 46. contendit, iisdem in locis apud Hesiodum sedes Gorgonum esse concedit p. 19. Spanhemio quidem nemo assentietur ad Aristophanis Plut. v. 727. et ad Callimachi h. Deli v. 291. Plutonem deum dici putanti, quod *τὸν ἕδον ποταμὸν Ἀχέροντα* habeat scholiastes Apollonii ad II. 353. quamquam alio modo ista huc rettulit I. H. Vossius. Quod si campos Gorgoneos Aeschylus in confiniis septentrionis et occidentis esse voluit, moneri putanda est Io, ut, ubi traiciendum sit fretum Oceani, trans fretum illud Phorcidum et Gorgonum adspicere fugiat, cis autem auri custodes griphos atque Arimaspos declinet. Griphi illi, quos quum alii, tum Herodotus III. 116. IV. 13. 27. cum Arimaspis coniungit, ab Romanis *piri* dicebantur: vide Nonium p. 152. Turnebum Advers. XXIII. 26. XXIV. 23. Plautus Aulularia IV. 8, 1.

*pici divitiis qui aureos montes colunt  
ego solus supero.*

Brevi deinde praecidit Aeschylus, quumque, si Gorgones trans Oceanum in Libya sunt, iam sit ea in terra Io, pergit v. 808.

*τηλουρόν δὲ γῆν  
ἤξεις κελαινὸν φῦλον, οἷ' πρὸς ἥλιου  
ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.*

Hac quoque in parte itineris, sive ab oriente per Asiam, sive ab occidente Libyae venientem fecit vagam virginem, non veram illarum regionum formam, sed quam ipse ex diversis neque inter se cohaerentibus finxerat auditionibus imaginem est secutus. Quod si illorum vera est opinio, quibus per Asiam venire trajecto sinu Arabico visa est Io, aut locum in quo sol oritur putandus est *ἥλιου πηγὰς* vocasse, aut transtulisse illuc quae de fonte solis inaudivisset, Aethiopes autem esse illos quos in Supplicibus v. 271. seqq. Indos vicinos dixit. Nam quod Klausenius p. 312. suspicatur, fontes illos esse Aethiopsis fluvii, commentum est plane ventosum. Nec magis verum esse potest, quod idem pagina praecedente

multoque ante eum Waltherus putabat, Aethiopem illum fluvium Nilum esse superiorem usque ad cataractam: id enim si credidisset Aeschylus, v. 812. seq. non *ἐνθα Νεῖλος*, sed *ἐνθα ποταμὸς ἴησι ῥεος* dixisset: sed haud dubie ille alium intelligebat fluvium, qui cum Nilo conflueret. Expediitor tamen res in hac quoque itineris parte videtur, si ab occidente Libyae venisse lo statuitur. Nam et Aethiopes illa regione sunt, et fluvius ibi est, Aethiopes a ceteris populis distermians, quem Nigrim vocant geographi. De eo fluvio quum scribat Solinus cap. 25. *ultraque adhuc annis qui atro colore exit per intimas et exustas solitudines, quae torrente perpetuo sole et nimio plus quam ignilo nunquam ab aestu vindicantur*, vehementer reprehensus est a Salmasio p. 215. b. quod ista male intellecto Plinio confinixerit: non iniuria fortasse, sed tamen non incredibile est talia propter locorum naturam a quibusdam esse excogitata, mireque conspirat hoc nomen *Αἰθίοψ* cum illa opinione, si quidem aliquid de isto Nigri inaudit Aeschylus. Fons solis autem, qui est ad Ammonis oraculum, de quo videndi Diodorus Siculus XVII. 50. Pomponius Mela l. 8. interpretes ad Q. Curtii librum IV. 7, 22. una cum catathmo ex septemtrionali Africa sumptus est. Est is catathmus maior, quem solum ante Augusti tempora eo nomine dictum esse docuit Waltherus in dissertatione quam de eo scripsit. Eum significationis similitudine deceptus poeta confudit cum cataracta Nili. Qua culpa eum sic liberare studuit Waltherus, ut cataractam ab eo *καταβασμόν* appellatum esse contenderet. At eo ipso arguitur facta confusio. Montes Byblini illa in regione non sunt ab aliis memorati: sed Byblus, oppidum munitissimum, fuit in Aegypto. Ctesias Pers. cap. 33. *φεύγει δὲ πρὸς τὴν Βύβλον Ἰναρος· πόλις ἰσχυρὰ ἐν Αἰγύπτῳ αὐτῇ*. Stephanus *ἔστι καὶ Βύβλος ἐν τῷ Νεῖλῳ, πόλις ἀσφαλεστάτη*. Et quum edito in loco exstructa urbs ab ipso situ multum praesidii habeat, facile credi potest montes aliquos Byblinos aut fuisse aut ab Aeschylo esse fictos: nisi tamen ille famam longe alio spectantem immiscuit. Nam Athenaeus l. p. 31. ubi de vino Biblino disserit, de quo aliae aliorum opiniones fuerunt, commemoratae illae a Mazochio ad tabulas Heracleenses p. 200. seqq. cui addendus est Blomfieldius ad Prom. v. 836. sic scribit, *Ἐπίχαρμος δὲ ἀπὸ τινῶν ὀρεῶν Βιβλίνων γησὶν αὐτὸν ὠνομάσθαι*. Id paullo disertius tradit Hesychius, cuius codex in v. *Βίμβλιος* haec habet, *Ἐπίχαρμος δὲ ἀπὸ ῥοιῶν Βιμβλίνων. ἔστι δὲ Θράκης*. Emendate edidit Bekkerus in Anecdotis p. 225, 31. *Βίβλιος. εἶδος οἴνου καὶ γένος ἀμπέλου ἐν Θράκη. καὶ ὁ παλαιὸς οἶνος. Ἐπίχαρμος δὲ ἀπὸ ὀρεῶν Βιβλίνων. ἔστι δὲ Θράκης*. Sed ibi quoque *ῥοιῶν* in codice est.

## ADNOTATIONES AD PERSAS.

2. πίστα M. Vit. Ald. Rob. πιστά Lips. πιστά G. Turn.
3. ἀφνειῶν M. Vit. Lips. edd. vett. et ει superscripto Par. B. ἀφ-  
νειῶν G. Ven. B. aliique. τῶν pro καὶ Lips. Rob.
4. 5. Verba ἐδράνων φύλακες κατὰ πρεσβειῶν in Vit. ommissa, sed  
a pr. manu in fine paginae post verba ὃ τε τοξοδάμις ἐσθλὸς v. 31.  
scripta sunt, signo addito, quo error corrigatur, et adiecta hac adnota-  
tione, λήθη γέγονε καὶ οὐκ ἐτέθη ὁ τοιοῦτος στίχος εἰς τὴν τάξιν  
τούτου.
6. δαρειογενῆς δαρείου υἱὸς M. Vit. Lips. Ven. A. aliique et Ald.  
δαρειογενῆς υἱὸς δαρείου G. δαρειογενῆς υἱὸς Par. F.
8. ρώστῳ τῷ βασιλείῳ, superscripto ultimis litteris ω, Lips.
9. πολυχρέσους στρατιᾶς M. Par. L.
10. ὀρσολοπεῖται M. et inde Victorius. ὀρσοπολεῖται G. Vit. Ven.  
A. B. aliique et Ald. Rob. Turn. In G. ad εἰ superscriptum η. Hesy-  
chius ὀρσολοπεῖται, διαπολεμεῖται, ταράσσειται. Αἰσχόλος. Cognat-  
um videtur ὀρσόλοπος cum vocabulis ὀλόπτειν ex λέπω facto et ὀλο-  
φώδης et excitatorem vellicationis ac proinde turbae et tumultus  
significare.
11. ἔσωσεν Lips. Omittit Vit. δὲ βαῦζει hic non habent libri.
12. ἀσιητιγενῆς Turn. Ἀσιητιγενῆς Blomfieldius. Repugnare  
hanc formam analogiae monuit Lobeckius ad Phryn. p. 646.
13. οἴχωκε, νέον δ' M. οἴχωκε νέον δ' G. Rob. οἴχωκεν νέον  
δ' Lips. οἴχωκε νέον, sine particula, Vit. οἴχωκε νέον δ' Ald. Turn.  
V. de hoc verbo Lobeckium ad Soph. Ai. v. 896.  
Scholiastes γράγεται καὶ ἐόν, ἤτοι τὸν ἴδιον ἄνδρα.  
Post νέον δ', vel, ut Vit. habet, νέον, omnes libri addunt ἄνδρα  
βαῦζει. In explicandis his verbis iam antiqui interpretes in diversa abie-  
runt. Alii enim Θυμὸς, alii Ἀσία ad βαῦζει intelligendum putarunt.  
Audaciorum manu, sed parum feliciter, admovit Valckenarius, cuius ipsa  
verba cognoscere operae pretium est. Sic igitur ille ad Eur. Phoen. v.

1489. In Aeschyli Persis sic vulgatur v. 12. et 13.

πάσα γὰρ ἰσχύς Ἀσιατογενῆς  
ὄχῳκε· νέον δ' ἄνδρα βαῦζει.

In his dum clauditur sententia, versus requiritur paroemiacus, quo sponte ducit in ultimis modulus — δρα βαῦζει. Sed quis obsecro vel quae regio βαῦζει; ἡ Ἀσία respondet scholiastes, huiusque vestigiis insistens Stanleius. Quid illa latratu requirit? νέον ἄνδρα· sic iuventutem appellasset Aeschylus. Quantivis pretii lectionem servavit scholiastes: γράφεται, inquit, καὶ ἔόν, ἤτοι τὸν ἴδιον ἄνδρα. Hoc ita placet, ut alterum tamen νέον non reiecerim: hanc vocem, in antiquis exemplaribus hoc in loco lectam, suspicor oculos sefellisse describentis, ut duas intermedias praetermiserit, quarum altera desierit in eadem litteras: has utinam nobis vir clarissimus Antonius Askewius ex codd. vetustis revocaret. Interim lubet hariolari. Suspicor basin anapaesticam hic praecessisse versusum paroemiacum, atque ita scripsisse tragicum:

πάσα γὰρ ἰσχύς Ἀσιατογενῆς  
ὄχῳκε νέον,  
[Περσίς δ' ἔόν] ἄνδρα βαῦζει.

Quae vulgaris esse meliora non distabitur in tragicis exercitatissimus Anglus: reliqui, si qui Persida sic mirabuntur ab Asia distinctam, legant ex eodem dramate v. 249. 250. τὸ γῆς ἀπάσης Ἀσιάδος πολισμάτα, ὃ Περσίς αἰὼ καὶ πολλὸς λιμὴν, et seqq. conf. v. 59. et seqq. 512. 548. 925. — Illud Ὄχῳκε (nam si quis Aeschyleam veterem praecoptaret scripturam, ΟΙΧΟΚΕ foret reponendum) νέον, id est νεωστί, peropportunum est et Aeschyleum; in huius Prom. v. 954. Νέον νέοι κρατεῖτε· Schol. recte, Νέον, inquit, νεωστί· οὐ γὰρ ἀρχαία ὄμων ἢ βυσιλεία. Bacchum, cuius adspernabatur sacra, τὸν νεωστί δαίμονα vocal Pentheus in Eurip. Bacch. v. 219. et in his Phoen. 1637. novellum Regem exosa Antigone τὸν νεωστί κοίρανον. frequens ἤκω νεωστί, Aeschylus Agam. v. 1634. ἤκοντας ἐκ μάχης νέον. est illud Homericum, Sophocli nusquam, in Euripideis semel adhibitum. Doleas hic, ut alibi non semel, obrutum doctrinae copia iudicium viri praestantissimi. Nam ne quid dicam de paroemiaco, qui hic ne placere quidem potest, quum vis sententiae in sequentibus verbis insit, quis credat poetam ὄχῳκε νέον scripsisse, quum, si nuper abiisset exercitus, ridiculum foret sollicitos esse qui domi manserant. Immo iam diu abesse exercitum necesse erat, si illi metuerent, idque ipse poeta, ut par erat, indicavit non modo his verbis, κοῦτε τις ἄγγελος, οὔτε τις ἰππεὺς ἄστν τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται, sed apertius etiam infra v. 64. τοκέες δ' ἄλοχολ Ὁ ἡμερολεγδὸν εἰνοντα χρόνον τρομέονται. Verum in vulgata scriptura explicanda et illud perdurum atque adeo ineptum est, θνιμός ad βαῦζει intelligere, nec probari potest illorum sententia, qui Ἀσία ex Ἀσιατογενῆς repetunt. Quod nego fieri posse servato νέον ἄνδρα. Nam quum in adiectivo laetet genitivus nominis, quod ad sequentia intelligen-

dum est, ita oportet conformatam esse orationem, ut quid intelligendum sit vel ex pronomine aliquo vel alio modo appareat. Sic in illo Euripidis Hec. 22.

πατρία θ' ἐστία κατεσκάφη,  
αὐτὸς δὲ βιωμῶν πρὸς Θεοδήτω πιτνεῖ,

ubi alia exempla attulit Porsonus, e pronomine cognoscimus sermonem esse de Priamo: omisso pronomine uterque versus non posset non de domo Priami intelligi. Quae in scholiis commemoratur scriptura, ἐὼν δ' ἄνδρα βαῦζει, correctio esse videtur alicuius grammatici, qui quod vulgatae scripturae sensum hunc esse animadverteret, *exercitus novum militem requirit*, ineptum id esse videns, verba illa in hanc sententiam accipienda putavit, *omnis Asiae potentia periiit, suamque requirit iuventutem*. At ita poeta verbis usus esset ineptissimis. Βαῦζει scholiastae per ἀνακαλεῖται reddunt. Sed nec demonstrata est ea significatio, et, si haec esset sententia, non solum repeteretur quod modo dictum est, verum etiam interpellaretur explicatio causae cur mala praesagiat animus. Videtur error ex eo ortus esse, quod omissum antea et deinde in margine adscriptum erat δὲ βαῦζει: tum librarius aliquis, quo loco reponenda essent, nesciens, post NEON, quod non vidit esse νέων, ea addidit adiecitque explicandi causa ἄνδρα. Aeschylum credibile est scripsisse

ἀμγὶ δὲ νόστῳ τῷ βασιλείῳ  
κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται  
θυμός, ἔσωθεν δὲ βαῦζει.

Similiter dixit in Agam. v. 429. τὰ δὲ σῖγά τις βαῦζει. Sic igitur hos versus conformavi.

14. καὶ οὐτέ τις et οὐτέ τις M.

15. τὸ, non τῷ, etiam M. habere videtur.

16. ἢ δ' M. ἢ δ' Lips. Libri omnes ἐμβατάνων, nisi quod Lips. ἐμβατάν.. habet. Brunckius Ἀγβατάνων dedit, ut antiquiorem formam, auctore Wesselingio ad Herod. I. 98. Sed Stephanus Byzantius in Ἀγβάτανα, ubi pluribus disserit de diversa huius nominis scriptura, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις, inquit, διὰ τοῦ ε̄ τὸ Περσικόν, ὡς δειχθήσεται.

17. εἰς pro καὶ Rob. κίσσιον a pr. manu Vit. a sec. ante o insertum ν. Blomfieldius ex coniectura Κίσσιον. Non recte, etsi laudandus est quod haesitavit in perrara terminatione adiectivi a nomine gentili derivati. Ex analogia enim dici debebat Κίσσιακόν. Sed ita etiam in Prom. v. 812. Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο. Ceterum quod Κίσσιον ἔρκος appellat Aeschylus, re vera non diversum erat a Sosis, licet illi ita visum sit. V. Herod. V. 49. et 52. Strábo XIV. p. 728. A. λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι. Stanleius, qui Cissiam urbem a Ptolemaeo commemorari ait, fallitur. Regionem ille, non urbem dicit, distinguens tamen ut partem a Susiana.

18. ἔβαν, superscripto posteriori vocali η, Lips.

19. Verba οἱ δ' ἐπὶ ναῶν, usque ad Μεγαβάτης v. 23. affert Triclinius ad Soph. El. 157. οἱ δ' G. Vit. Ald. Rob. οἱ δ' M. Lips. Turn. νηῶν M. Vit. ναῶν, superscripto η, Lips. νηῶν τε Mosc.

20. Post πεζοὶ τε βάδην aliquid excidisse cogitari potest. Certe egregie huc quadraret, quod apud Hesychium sine auctore legitur, πολλή φαρέτρα, addita explicatione πολλοὶ τοξόται. Vtique βάδην ad sequentia referendum, neque, ut Blomfieldius fecit, πεζοὶ βάδην iungenda.

21. στίφος M. στίφος G. Vit. Lips. edd. ante Brunckium.

22. οἶος a sec. manu, nam antea videtur fuisse οἶ, Vit.

ἀμίστρης Vit. Ven. A. ἀμήστρης Ald. ἀμήστρης Rob. ἀμίστρης M. G. Lips. Turn. Apud Herodotum Ἀμηστρίς nomen est uxoris Xerxis. In hac Aeschylī fabula infra v. 315. nomen viri est et fortasse eiusdem de quo hic agitur. Vt ibi plerique libri ἄμυστρης habent, ita hoc loco idem legitur in editionibus veteribus scholiastae Sophoclis.

ἦ δ' M. ἦδ' Lips.

ἀρταφρέτης, cum unius litterae litura post ε, M. ἀρταφρέτης, superscripto ad secundam syllabam ἰ, Mosc. ἀρταφρέτης G. Lips. aliique.

23. μεγαβάτης M. Vit. Ven. A. B. μεταβάτης Mosc. Ald. μεγαβάτης G. Lips. Rob. Turn. et sic apud Triclinium. Ab Herodoto VII. 97. commemoratur Μεγάβαλος ὁ Μεγαβάτεω. ἦ δ' M. ἦδ' Lips.

ἀσιάσσης M. G. Lips. Par. B. Turn. ἀσιάπης Ven. A. Mosc. aliique et Ald. Rob. et a sec. manu Vit. ἀτάτης a pr. manu Vit. ἀσιάτης Par. C. γρ. καὶ ἀσιάσπης Par. B. Ἀσιάσσης varia lectio apud Turnebum. Non inepte quaerit Stanleius idemne sit hic qui ad Herodoto VII.

64. Ὑσιάσσης vocetur.

25. βασιλῆς M. G. Turn. βασιλεῖς Vit. Lips. aliique et Ald. Rob. βασιλέων, superscripto ς, Lips.

26. σοῦντον Lips.

27. τοξοδάμαντον Mosc. τ' omittunt G. Vit. δ' pro ἦδ' Mosc. ἦ δ' M. ἦδ', priore littera a sec. manu in litura, Vit. ἦδ' Lips.

29. ἐν τλήμονι M. Vit. Lips. Ven. A. B. Ald. Turn. εὐτλήμονι Par. A. B. et e corr. pr. manus G. quum antea fuisset ἀτλήμονι, quod est in Rob.

30. ἀρτεμβάρης G. ἀρτεμβάρης, superscripto ο ad ε, Lips. ἀρτεμβάρης M. Vit. et reliqui. Sic hoc nomen scribitur v. 297. 945. et apud Herodotum I. 114. 115. 116. IX. 122. ἵποχάρμης Lips.

31. Infra v. 944. libri meliores et plerique μασίστρας. Apud Herodotum Μασίστης nomen est VII. 82. IX. 107. 113. Μασίστιος VII. 79. IX. 20. 24.

32. ἱμαῖος M. ἱμαῖος G. Lips. ἱμαῖος Vit. edd. φαρανδάκης libri etiam v. 932. Apud Herodotum aliosque invenitur Φαρανδάτης: v. Wesselingium ad Her. p. 726, 86.

33. ἵππων ἐλυτήρ Colb. 1. Ox. Par. C. Ald. Turn. ῥ' σωσθά-

νης Ald. καὶ σωσθάνης Turn. σοσθάνης M. Cantabr. 2. Mosc. σωσθάνης Vit. σοσθένης Ven. B. σωσθένης G. Cantabr. 1. Par. L. σωσθάνης Lips. Rob. Guil. Kieserus coniecit τ' Ὀσθάνης, afferens Diogenem Laertium prooem. 2. Plinium H. N. XXX. 1. Suidam in Ὀστάναι et in ἀστρονομία.

35. ἐπεμψεν M. Rob. ἐπεμψε G. Vit. Lips. Ald. Turn.

Schol. τινές διαιροῦσι τὸ σουσισκάνης καὶ πηγᾶς καὶ ταγῶν.

36. πηγασταγῶν M. πηγασταγῶν G. Lips. Par. B. Ald. Turn. πηγᾶσταγῶν, priore accentu postea expuncto, Vit. πηγᾶς τ' ἄγων Rob. γρ. πηγᾶς τ' ἄγων ἄρχων adnotatum in G. γρ. πηγᾶς τ' ἄγων margo Lips. γρ. πηγᾶς ταγῶν Par. B. πηγᾶς ταγῶν Cantabr. 1. Etiam in scholiis, ut vidimus, adnotatum est a nonnullis divisim scribi πηγᾶς ταγῶν.

αἰγυπτιογενῆς M. Lips. Ven. A. Mosc. Ox. Par. L. Ald. Turn. αἰγυπτιογενῆς G. Vit. Ven. B. Rob.

37. Hunc versum et sequentis verba duo priora habet Photius p. 258, 4.

μεμφίδος G. Turn. μέμφικος Vit.

38. μέγας τ' Lips. Mosc. Ἀρσάκης apud Photium. Sed Ἀρσάμης legitur etiam v. 303. et apud Herodotum VII. 69. ὠγγύλους M. G. Lips. Ven. B. Par. A. B. C. ὠγγύλας Vit. Ald. Turn. ὠγγύλου Rob.

40. ἐλειοβάται Vit. Lips.

41. ἀνάριθμον Ven. B. Colb. 1. Par. C. Turn. ἀνήριθμον Cantabr. 2. πλήθος τ' ἀνάριθμοι. γρ. πλήθος καὶ τ' ἀνάριθμον Par. B.

42. ἀβραδιαίτων Lips. ἔσπεται Vit. Ald. Rob.

43. ἐπί παν, ut ante lituram πᾶν scriptum fuisse videatur, M. De mensura vocis ἐπίπαν, de qua etiam Blomfieldius dixit, videndus est in primis Boeckhii in dissertatione quam Germanice scripsit de critica tractatione Pindari p. 82. seqq.

ἡπειρογενεῖς ante sec. manus correctionem Vit.

Blomfieldium, qui recte observavit noluisse Aeschylum Ionum mentionem facere, sed comprehendere eos nomine Lydorum, quorum intra fines sex urbes Ionicas sitas esse dixerit Herodotus I. 142. miror in constructione verborum haesisse. Nam ex illa ipsa observatione patet sensum esse *Lydi, qui omnes continentis incolae comprehendunt*, i. e. etiam eos qui non sunt Lydi, Ionas.

44. μητρογαθῆς M. G. Cantabr. 1. Par. C. μητραγαθῆς Vit. μητραγαθῆς Ven. A. Ald. Rob. Turn. et primae syllabae ι, alteri ο superscriptis, Par. B. μιτρογαθῆς Par. L. μιτρογαθῆς Lips. Par. A. Hoc cum Brunckio praefendum videtur. Persica nomina apud Herodotum sunt *Μιτραδάτης* I. 121. et *Μιτροβάτης* III. 120. 126. 127.

45. ἀρχτεῦς M. Lips. Ven. A. aliique et ex corr. G. quum antea ἀρχτός fuisset. ἀρητεῦς Rob. ἀρχεῦς Vit. Ald. Turn. ἀρτεῦς, supra scripto ο, Par. C. βασιλῆς M. βασιλεῖς Vit. Mosc. edd. vett. βασιλῆς G. βασιλεῖς Lips.



δίοποι M. Turn. δίοποιοι G. Vit. Lips. Ven. A. B. aliique et Ald. Rob. Dicit de Aeschyleo vocabulo δίοποι Eustathius p. 98, 46. 203, 11. Idem p. 1705, 53. alium Aeschyli locum spectare videtur. V. fragm. 244.

46. καὶ libri. χαὶ Blomfieldius. Hoc recepi: nam in consociatione rerum diversarum rectius adest quam abest articulus.

47. ἐξορμῶσιν M. ἐξορμῶσι G. Vit. Lips. et edd. ante Brunckium.

48. τέρρουμα pro τριέρρουμα M.

50. Hic versus deest in Ox. Posterius additus est in Ven. A. Post sequentem versum collocatus est in Ald. Rob.

στεῦνται, sed ν littera puncto notata, M. στεῦται Mosc. Expli-  
cat singularem scholion in M. Ceteri στεῦνται.

51. δούλειον libri. δούλιον scribendum esse monuit ante Stan-  
leium Scaliger. ἐλάδι Lips.

52. θάρυβις. γρ. θάρυβις G. θάρυμβις. γρ. βάρυβις Lips. θά-  
ρυβις Ven. B. τ' Αρυβις Turn.

53. δὲ plene Vit.

55. πέμπει σύρδην. ἴσθι δέ. γρ. σύδην ἀντὶ τοῦ ὀρητικῶς,  
οὗ ἢ χρῆσις ἐν τοῖς ἐξῆς Par. B. Aliter quam hic σύρδην dictum  
est in Rheso v. 56.

ὦ δαῖμον, ὅστις μ' εὐτυχοῦντ' ἐνόσφισας  
θολίνης λόντα, πρὶν τὸν Ἀργείων στρατὸν  
σύρδην ἅπαντα τῶδ' ἀναλώσαι δορί.

Ibi enim haec est sententia, priusquam ruens omnem Argivorum exerci-  
tum perderem. Magis proprie Aeschylus σύρδην de longo tractu ma-  
gnisque catervis dicit, quibus incedentes Babylonii vias impleverint. Nam  
σύρεσθαι de fluviis et maribus frequens est apud Dionysium periegeten.  
Comparari potest cum nostro verbo schwemmen, ut apud eundem Diony-  
sium legitur v. 1076.

κείμενον, οἷα κύλινδρον ἐπὶ χθονός, ὃν ῥ' ἀπὸ πέτρης  
χειμερίον ποταμοῖο κάτω σύρουσι χυράδραι.

Est ergo σύρδην de magnis copiis dictum, quae longis tractibus quasi  
inundant vias, ut nos überschwemmen etiam in communi sermone de nu-  
meroso exercitu dicimus, qua metaphora Aeschylus v. 89. seqq. utitur,  
μεγάλῳ φεύματι φωτῶν dicens et ἄμαχον κῆμα θαλάσσης.

ναῶν, superscripto η ad α, Lips.

56. καὶ omittit G. λήματι Vit. Lips. aliique et Rob.

58. Post ἔπεται Ox. Ven. A. Ald. addunt προτροπαῖς. Ea voce in  
scholiis sequente versu ὑποπομπαῖς explicatur.

59. Libri ὑποπομπαῖς, nisi forte Veneti habent ὑπὸ πομπαῖς. Ita  
scribendum esse Abreschius vidit.

60. γαίης Vit. αἴης Par. A. B. et ut videtur Veneti. αἴης (non  
αἴης) M. G. Lips. edd. vet.

61. οἴχετ' Vit.

62. οἴς περὶ M.

64. δ' ex scholiastae adnotatione Blomfieldius. Libri τ'.

primus sensit Schützius versum, qui in his mediis est, Atossae tribuendum esse: etsi illud non recte fecit, quod in commentario ad maiores editiones illam personarum distinctionem, quae est in editione Robortelli, adsciscendam iudicavit, qua duo priores versus Atossae, extremus nuntio tribuitur. Neque enim hoc modo multum tollitur de inconcinnitate orationis. Rectius in minore editione primum versum nuntio, secundum Atossae, tertium rursus nuntio adscripsit, quam rationem iure probavit Iacobsius in iis quae de Aeschyli Persis scripsit in Wielandii Museo Attico vol. IV. p. I. sive in Opusculis suis vol. V. sed rursus ille rectius Schützius de hoc loco sentiens. Nam quum Schützius primum versum cum praecedente nuntii oratione coniunxisset, audacior facta mutatione, nulloque prorsus stabilita fundamento,

θεὸς πόλιν δ' ἔσωσε Παλλάδος θεῆς,

vidit Iacobsius servandam esse vulgatam lectionem, sed praecedere huic versui debuisse dictum aliquod Atossae. Quod ille quum nullum reperiret, ut qui orationem nuntii putaret verbis *οὐκ ἰσορρόπῳ τύχῃ* finiri, excidisse versum Atossae post illam orationem nuntii credidit. At nihil excidit, sed illa ipsa lectio, *μὴ σοι δοκοῦμεν*, ita est comparata ut sequentes versus ab nuntii oratione seiungi postulet. Quos duo versus si Atossae tribueris, non solum haec, sed reliqua quoque ex illa Iacobsii personarum divisione rectissime procedent. Nuntius igitur sic finit orationem suam, *numquid hac ex parte tibi videmur inferiores fuisse?* iam dicenti Atossae *at ergo deus quispiam classem, iniqua lance fortu-*

nam dispensans, affixit, ita ille respondet, *dii Palladis urbem servant.* Atque eodem modo deinceps amplius interroganti respondet.

340. ὥδε hic non significat *tantopere*, sed potius *ergo*, i. e. *in hoc rerum statu, quum haec ita sint.* Vt in Prometheo v. 514.

μυρίας δὲ πημοναῖς  
δύαις τε καμψθεῖς ὥδε δεσμὰ φυγγάνω.

In prosa oratione plerumque οὕτως invenitur, cuius exempla vide apud Taylorum ad Demosthenis or. in Midiam p. 627. Adde quos nominat Schaeferus ad Dion. Hal. de struct. verb. p. 414. et quae ego dixi ad Vigerum p. 933. Herodotus saepe sic ὥδε quoque usurpat. Sensit vim particulae scholiastes qui adscripsit, licet obscurius, *ἐνταῦθα, ἤγουν εἰς τὸ πλήθος.* Debebat sic explicare, *quum haec ita sint, ut Persae tanto navium numero Graecis superiores essent, deus aliquis exercitum prodiderit necesse est.*

341. τάλαντ' ὑβρίσας Lips. ἰσορρόπων, expuncto postea ν, Vit. ἰσορρόπων Ven. B. εἰσορρόποι a pr. manu M.

342. De personarum distributione vide ad v. 339. παλλάδας Lips.

343. ἔστ' ἄρ' M. ἔστ' ἄρ' Ald. ἔστ' ἄρ' Turn. ἔτ' ἄρ' Rob. ἔτ' ἄρ' G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Mosc. Ox. Par. L. N. quod Schützcius ἄρ' in ἄρ' mutato in editionem minorem merito recepit.

Recte monuit Iacobsius fidem historicam Aeschylī, quam Siebelis p. 63. propter hunc versum graviter vituperavit, non meruisse hanc reprehensionem: nam neque negare voluisse poetam captas eo bello a Persis Athenas esse, nec sequente versu aliud contineri quam Athenienses ipsos in pugna non succubuisse. Poterat, opinor, longius progredi. Tantum abest enim ut reprehendi ob hos versus Aeschylus debeat, ut etiam laudandus esse videatur. Nam quum constaret inter omnes, captas esse vastatasque Athenas brevi ante pugnam Salaminiam, maluit poeta subindicare hanc rem, sed cum laude Atheniensium, quam non attingenda dissimulasse cladem videri. In qua re magnam artem et sagacissimum prodidit iudicium. Nam quum Atossam faceret interrogantem, ut consentaneum erat, de illa ipsa re, quam minime iucundam auditu esse Atheniensibus sciebat, fieri non potuit quin exspectatione quadam et metu commoverentur spectatores, ne referentem audirent nuntium quod factum esse graviter ferebant. Sed hunc metum tam callide et cogitate dispellit poeta, ut illa nuntii responsio etiam laudem et gloriam afferat Atheniensibus. Aptè comparat cum hoc versu Iacobsius responsum a Themistocle, testibus Herodoto VIII. 61. et Plutarcho in Themistocle c. 11. Adimanto datum, urbem non esse in moenibus ac domibus, sed in CC triremibus positam. Quod dictum quis dubitabit pervulgatum apud Athenienses fuisse, ita ut iure credi possit alluisse eo hic Aeschylam.

344. ἀνδρῶν ὄντων, eorum qui viri sunt. ἔρχος a pr. manu M.

345. δὲ omittunt Vit. Par. N. Pro eo τε habet Ven. A. ναυσίαν

M. *συμβολαῖς ἦν τις* Lips. *συμβολῆ* affertur ex Par. C. *ἦν* omit-  
tit Colb. 2.

347. *πλήθη* G. *κατακουχίσας* Θx. Par. C. Ald. Turn. et ad-  
scriptum in Par. B.

348. *ἦρξε μὲν* G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Ald. Turn. *ἦρξεν* Rob.  
omisso *μὲν*.

350. Sicinnus dicit, vernam Themistoclis et eius liberorum paed-  
agogum, de quo Herodotus VIII. 75. Diodorus Siculus XI. 17.

352. *ἴζεται* Lips.

353. Libri *μῆνοιεν* et mox v. 355. *ἐκωσαίατο*. Correxerit a Mon-  
kio monitus Blomfieldius. V. Ehnsl. ad Oed. Col. v. 945.

*σέλμασιν* M. Ald. Rob. Ceteri litteram paragōgicam negligunt.  
*σέλματι* Cantabr. 2.

354. *ναῶν* M. G. Vit. Lips. Ven. B. Cantabr. 2. Par. L. *νεῶν* Ald.  
Rob. Turn. *νῦν* Mosc. *ἐπενθορόντες* G. Ven. A. B. Turn. *ἐπενθο-*  
*ρῶντες* Ald. *ἐπανθορόντες* M. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. C. L. N. Rob.  
*ἐπανθορῶντες* Vit. Lambeth. et supra scripto ad secundam syllabam *εν*,  
ad quartam *ό*, Lips.

355. *βίον* Vit. et aliquot alii. *ἐκωσαίατο* libri. V. ad v. 353.

356. *δ δ'* M. *ὄδ'* Vit. Lips. Ald. Rob. Vulgo *ό δ'*.

357. *τῶν* pro *τὸν* Lips. Par. L. et ante correctionem M. *τὸν θεοῦ*  
Par. N.

358. *πᾶσιν* Porsonus, et sic M. Ceteri *πᾶσι*. *προσφωνεῖ* Vit.  
Lips. Ven. A. aliique nonnulli et Ald. Rob. *τοιόγδε* Ven. A. *ναυ-*  
*άρχαις* Ald. et *οἰς* minio supra scripto G.

359. *φλόγα* pro *χθόνα* Par. C. K. L. Rob. *γο. φλόγα* adscrip-  
tum in Lips. Par. B. *χθονός* adscriptum in Par. C. °

360. *λέξη* Ven. A.

361. *στίφος μὲν* M. G. Turn. *στίφος μὲν* Vit. Ald. Rob. *μὲν*  
*στίφος* Brunckius, nullo, ut videtur, auctore.

*στοίχοις* M. Cantabr. 2. Colb. 1. 2. Hoc fuerat etiam in Vit. sed  
in *στίχοις* mutatum est. *στίχαις*, ad *αι* supra scripto *οι*, Lips. Mosc.  
Ceteri *στίχοις*. Sed huic vocabulo, quod in re militari dubiae fidei est et  
omnino apud tragicos non invenitur, praefendum est *στοίχοις*.

362. *ἀλιρόθους* Ald. Rob.

363. *κύκλων* Ven. B. *νήσων* Ald. et ante sec. manus correctio-  
nem Vit. *νοῦσον* Rob. *πέρι*, eraso *ξ*, Vit.

364. *ὡσεὶ* e correctione Lips. Antea recte *ὡς εἰ*.

365. *νασίν* Porsonus. *νησίν* M. *νασίν* vulgo. *εὐρόντα* Ven. B.

366. *πᾶσιν* M. *στερίσκεσθαι* Vit. Lips. Mosc. Par. N. Sed *γρ.*  
*στερεσθαι* adscriptum in Vit. Lips. *κράτος* G. et ex sec. manus cor-  
rectione M. quam lectionem imperite praefert scholiastes.

Melius constaret temporum ratio, si scriptum esset *ὄν προκείμενον*.  
Nam si *ἦν* scripsit Aeschylus, accuratius ante dixisset *εἰ ἔφηνον*.

367. *τοιαῦτ'* edidit Brunckius, nullo, ut videtur, auctore.  
*ὑπερθύμου* G. Lips. Ven. A. B. Mosc. Ox. Par. C. L. N. Rob. *ὑπερθύμου* Colb. 2. *ὑπερθύμου* M. et hinc *ὑπ' εὐθύμου* Victorius. *ὑπ' ἐκθύμου* Ald. Turn. et videtur hoc prius fuisse in Vit. qui nunc *ὑπερθύμου* ex correctione habet. *Ἐκθυμος est animi impotens.*  
*ῥενί* Mosc. et supra scripto *ός* Lips.
369. *οἶδ'* Vit. Lips. Ald. Rob. Ceteri *οἶ δ'*. *πιθάργω* Vit. Mosc.
370. *δεῖπρον* M. Vit. Lips. edd. ante Brunckium. *τ'* addidit Brunckius et ante eum Scaliger.  
*ναυβάτης τ'* M. Par. B. L. Rob. *ναυβάτης* sine particula Par. N. *ναυάτης δ'* Ven. A. *ναύτης τ'* Ald. *ναυάτης τ'* ceteri.
371. *τροπούτο* omnes libri. Non recte Brunckius *ἐτροπούτο*. V. praef. ad Eur. Bacchas p. XLVI. Hesychius *τροπώσασθαι, τὸ τὴν κώπην πρὸς τὸν σκαλιὸν δῆσαι τῷ τροπωτῆρι.*  
*σκαριὸν* Cantabr. 1. *ῥο. σκαρδιῶν* Par. B.
372. *φθέγγος*, expuncta *θ* littera, M. *φθόγγος* Lips.
374. *εἰς ναῦν* Lips. *ἐς ναῦς* G. Mosc. *ναῦ* affertur ex Par. C. *πᾶς δ'* M. Vit. Lips. et supra scripto *θ* Par. B.
375. *τάξεις*, ad *ει* supra scripto *ι*, M.
376. *ώ* pro *ώς* Lips.
377. *πάννηχοι δὴ διάπλουν*, omisso *καὶ*, Rob.
378. *ναῶν* M. Vit. Lips. Ald. Rob. et ceteri, ut videtur, libri praeter Ven. A. Turn. qui *νηῶν* habent.
380. *οὐδαμῆ*, ad ultimam litteram supra scripto *οῦ*, Lips. *οὐδαμοῦ* Par. L.
381. *κενκόπωλος* Lips.
382. *κατέσχε* pro *κατέσχε* Mosc. *κατὰ γαῖαν* pro *κατέσχε γαῖαν* Lips. *κατέσχε γῆν* Ald.
383. *πρώτα* Par. C. *ἤχῆ* M. G. Ven. A. B. Ald. Turn. et supra scripto *ἤχοῖ* Cantabr. 2. Par. B. *ἤχοῖ*, ad *οἶ* supra scripto *ῆ*, Lips. In *ἤχοῖ* coniectura incidisse Piersonum ad Moer. p. 176. merito mireris, quum ibi interesse aliquid inter *ἤχῆν* et *ἤχώ* ostendere studeat. *ἤχεῖ* Vit. Mosc. Par. L. Rob.
- Totum hunc locum imitatione expressum esse ab Iuliano in prima oratione observarunt Spanhemius p. 235. et Wytttenbachius p. 188. ed. Schaef.
384. *ἐφήμισεν* Cantabr. 1. *ἠῦφήμισεν* Brunckius. *ἄρθιόν θ'* Cantabr. 2.
385. *ἀντιλάλαξε* G. *πέτρης* Par. C. *πέρας* Ven. B. quod vocabulum nisi unus tantum liber haberet, placere posse dixeris. V. ad Suppl. v. 249.
386. *παροῦς*, supra scripto a sec. manu *ν*, Vit.
387. *οὐδὲ γὰρ ὡς ἐν φρυγῆ* Ven. A. Ox. Ald. *οὐ γὰρ ὡς φρυγεῖν* Rob.

Meminerint lectores, narrari haec Athenis. Minus haec splendent apud Herodotum VIII. 83.

388. *ἐφήμερον* G. Vit. et aliquot alii. *ἐφ' ὕπνον* Lips.

389. *ὄρωντες* G. *ὄρωντας* Rob. *ὄρμιώντες*, ut reliqui, sed supra scripto *γρ. ὄρωντες*, Lips.

390. *ὁ* inter versus M. *αὐτῇ* G. et ante sec. manus correctionem Vit. *αὐτῇ* Lips. *ἐπέφλεγεν* Ven. A. et adscripto *γρ. ἐπέφλεγεν* Par. B. Schützius coniciebat *πάντα θῖν' ἐπέφλεγεν*. Nihil est quare quis in verbis *πάντ' ἐκείνα* haereat. Est enim haec usitatissima formula, quum multa quae ante commemorata sunt, praesertim si magna sunt et gravia, ut uno vocabulo comprehendi nequeant, indicantur. Sic supra v. 257.

*ὡς πάντα γ' ἔστ' ἐκείνα διαπεπραγμένα.*

Herodotus VII. 34. de operibus quibus Xerxes pontes in Hellesponto fecerat, *καὶ δὴ ἐξενγμένον τοῦ πόρου ἐπιγενόμενος χειμῶν μέγας συνέκοιμέ τε ἐκείνα πάντα καὶ διέλυσε*. Sic etiam *πάντα ταῦτα*, ut in Eum. v. 113.

*καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὄρω πατούμενα.*

391. *ἐπεὶ δέ* Ald. Turn. *εὐθὺς δέ* M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Mosc. Par. A. B. H. K. L. Rob. Hoc ad sensum et vim loci multo aptius esse nemo non videt. Inutilis coniectura Porsoni *ἔπιτα*. *ξὺν ἐμβολῇ* Par. L.

392. *ἔπαισαν ἄλμην*. Idem versus initium in oratione nuntii apud Euripidem Iph. Taur. v. 1391. in qua oratione plura ex Aeschyli Persis sumpta esse indicavit Seidlerus.

*κελεύματος* M. Vit. Lips. Mosc. Ceteri *κελεύσματος*.

393. *ἦσαν ἐμφανεῖς* Rob. *ἐμφανεῖς ἦσαν* Par. C. *γρ. ἐμφανεῖς* adscriptum in Par. B.

394. *πρῶτον* a sec. manu supra lituram unius syllabae inter versus adscriptum in Vit.

*εὐτάκτως* M. G. Cantabr. 1. Mosc. Par. K. L. et supra scriptum in Cantabr. 2. *εὐτάκτως*, supra scripto primae syllabae accentu, tertiae *ον*, Lips. *εὐτακτον* Vit. Cantabr. 2. Rob. Turn. et adscriptum in Par. B. *εὐτάκτιαν* Ald. *εὐστόχως* Par. B. II.

Comparanda sunt cum his Diodori verba XI. 18. *τὸ μὲν εὐώνυμον μέρος ἐπεῖχον Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, πρὸς τὸ τῶν Φοινίκων ναυτικὸν ἀντιταχθῆσόμενοι*. — *Αἰγυνηταὶ δὲ καὶ Μεγαρεῖς τὸ δεξιὸν κέρως ἀνεπλήρου*. Herodotus VIII. 85. in sinistro cornu Athenienses, Lacedaemonios in dextro fuisse scribit, quod verius videtur Valckenario. Cum utro faciat Aeschylus, dubitari potest. Veri tamen similis esse videtur Aeginetas eum laudare voluisse quam Lacedaemonios, praesertim quum per hos ipsos effectum sit ut Aeginetis primae decernerentur, Atheniensium autem soli Amyniae, fratri Aeschyli, ut quidem placet Diodoro XI. 27. Non multum dissimilia habet Herodotus VIII. 93. ubi videndus Valckenarius.

396. ἐπέξεχώρει M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. A. B. N. Ald. Rob. Turn. ὑπέξεχώρει editiones Vict. Cant. Stanl.

398. ἐλευθεροῦτε δὴ Vit. ἐλοῦτε δὴ Mosc.

401. γλώττης G.

402. κούκέτ' M. Lips.

403. ἐν νυκτὶ Rob.

404. ἤρξεν δ' M.

Quod hic narratur, Lycomedis cuiusdam, Atheniensis, factum fuisse scholiastes cum Plutarcho in Themistocle c. 15. narrat. Sed Lycomedem hoc ad Artemisium fecisse Herodotus scribit VIII. 11. In Salaminia pugna Aminiam primum impetum in classem Persicam fecisse tradunt Herodotus VIII. 84. et Diodorus XI. 27. Aminias apud Aeschylum intelligendus est: sed quod hunc Aminiam, quem Pallensem dicit Herodotus, fratrem Aeschyli fuisse perhibent Diodorus, Aelianus V. H. V. 19. scriptorque vitae Aeschyli, fabula videtur esse. Ceterum ne nominaret poeta Aminiam, tragoediae gravitas prohibebat, quoniam, qui in conspectu nostro et in hac communis vitae humilitate versantur, haud facile illo magnitudinis splendore, quem requirit poesis, ita exornari possunt ut omnis quotidianae tenuitatis recordatio evanescat. Idque bene perspectum habens poeta sapienter ne Themistoclis quidem nomen admittere ausus est.

405. Herodotus VIII. 85. κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους ἐτετάχαστο Φοίνικες· οὗτοι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς Ἑλευσίνος τε καὶ ἰσπέρης κέρας.

406. ἤθυνε M. Ex Par. B. Faehsius ἤθυνε. γρ. ἴθυνε affert: Brückius hunc codicem εὔθυνε et pro varia lectione ἴθυνε habere significat. ἴθυνε G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Mosc. Ald. Turn. ἴθυνε Rob. et reliquae inde a Vict. editiones.

407. καὶ πρῶτα recepi ex G. Lips. Cantabr. 2. Par. L. Rob. τὰ πρῶτα M. Ald. Turn.

μὲν νῦν Cantabr. 2. et supra scripto ἀντὶ τοῦ δὴ M. μὲν νῦν etiam Vit. habuerat, sed eraso ν a sec. manu οὔν factum est. μὲν νῦν Ven. B. μὲν οὔν Lips. Ven. A. Par. N. Mosc. Ox. Ald. Rob. μὲν δὴ G. Turn. Ex hic μὲν νῦν praefendum erat, pro quo saepe μὲν δὴ et μὲν οὔν ab librariis posita sunt. V. Valcken. ad Hipp. 20.

περσικοῦ ῥέυμα Ven. B. Cantabr. 2.

408. στενῶν Par. C. στερω Ven. B. νεῶν τῶν περσικῶν G.

410. ὑφ' αὐτῶν Lips. Rob. ὑφ' αὐτῶν G. ὑπ' αὐτῶν, leni in altero vocabulo spiritu a correctore in asperum mutato, Vit. ὑπ' αὐτῶν Ven. A. Mosc. Ox. Ald. Turn.

411. παλοντ' indiget nulla mutatione. Est autem praesentis participium παλοντα, significatque eum qui illiditur, ut in Prom. v. 887.

Θολεροὶ δὲ λόγοι παλονοῦ' εἰκῆ

σιγγῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

412. ἀφρασιμόνως dedi ex M. Ven. B. Par. N. Idem antequam corrector σ in δ mutavit erat in Vit. Ceteri ἀφρασιμόνως.

413. ἐστιοῦτο δὲ Ven. B. ὑπτιοῦτο δὴ Heathius. Fugerat cum δέ in apodosi post ὡς positum, ut v. 410.

414. Θάλασση δ' Lips. sed η in α mutato. Θάλασσαν δ' Ald. Θάλασσαν, omissa particula, Turn. ex coniectura, ut videtur.

415. πλήθουσαν Ald. Turn. φόνο Lips.

416. ἐπλήθυνον M. Ven. B. Cantabr. 1. Rob. et a pr. manu Cantabr. 2. Par. A. ἐπλήθυνον G. Vit. (sic Vit.) Lips. Ven. A. Mosc. Par. B. C. N. Ald. et a sec. manu Cantabr. 2. Par. A. ἐκπλήθυνον Turn.

417. ἀκόσμω e correctione, deletο ζ, Vit. Ita scribendum putavit Casaubonus. Ἀκόσμω ξὺν φρυγῇ legitur v. 465.

418. βυρβάρων Rob.

419. οἱ δ' Blomfieldius. V. ad Soph. Ai. v. 1404. Θήνους Lips. Θύνους Rob.

420. Θραύμασιν τ' M. Θραύμασι τ' G. (sic G.) Vit. Lips. Mosc. Par. L. Rob. et ρ a sec. manu scripto Cantabr. 2. Θραύμασι τ' Cantabr. 1. Ald. Turn. Dixit de his formis Lobeckius ad Soph. Ai. p. 322.

ἔριπίων M.

421. ἐρύχιζον Vit. Lips. Mosc. οἰμωγή ex correctione, quum antea οἰμωγῇ fuisset, Vit. οἰμωγῆς M. οἰμωγή Ald. ἤμωγή Lips.

422. κωκύμασιν M. κωκύμασι G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Ald. Rob. Turn. Solent coniungi οἰμωγῇ et κίκνυμα, οἰμώζειν et κωκύνειν. Sed hic laetum potius clamorem Graecorum commemorari exspectamus, ut in Homericō illo ἔνθα δ' ἄμ' οἰμωγῇ τε καὶ εὐχολῇ πέλεν ἀνδρῶν δάλλυτων τε καὶ δάλλυμένων. Quare putavi Aeschylum scripsisse κωκύμασιν.

πελασγίαν G. Vit. Lips. alique nonnulli et Rob. γρ. πελατίαν margo Lips.

423. In κελαινῆς littera ν puncto notata in M. νυκτὸς ὄμιμα explicat Seidlerus ad Eur. Iph. Taur. v. 110.

424. In ἤματα primam litteram in litura habet M.

425. στοιχηγοροίην, ad α supra scripto ο', M. στοιχηγοροίην Cantabr. 2. χοικηγοροίην Par. C. στιχηγοροίην Lips. Mosc. Par. F. K. L. ἐγεξῆς λέγοιμι. στοιχομυθοίην adscriptum in M. Hesychius στοιχομυθεῖν, τὸ ἐφεξῆς λέγειν καὶ ἀδολεσχεῖν.

426. μηδ' ἄν M. et sic vel μηδ' ἄν G. Vit. Lips. Ven. A. B. Par. B. edd. ante Brunckium, qui μηδάμ' restituit ex Par. A. in quo glossa μηδαμῶς addita est. γρ. μηδάμ' ἡμέρα margo Par. B.

427. τσοσυτάριθμον Lips. Rob. γρ. τσοσυτάριθμον supra scriptum in Vit. τσοσυτ' ἀριθμόν M. Ven. A. Cantabr. 2. Ox. Ald. Turn. et a sec. manu Vit. τσοσυτ' ἀριθμῶν a pr. manu Vit. τσοσυτ' ἀριθμον G. scilicet, ut interpreti videtur, pro ἀριθμον. Et τσοσυτάριθμον et τσοσυτ' ἀριθμόν commemorant scholiastae. Alludere ad hunc locum videtur Tzetzes in exegesi ad Il. p. 92, 8. ἐκ δὲ τῆς συνεχείας τῆς ἵππου καὶ τοῦ περιττώματος τοῦ τσοσυταρίθμον στρατοῦ.

428. αἶ αἶ M. G. αἶ octies Cantabr. 1. Ceteri αἶ αἶ.  
ἔρωγεν Rob. et a pr. manu Cantabr. 2. Idem supra scriptum in Vit. ἔρωγεν a sec. manu Cantabr. 2. ἔρωγε G. Lips. Ald. Turn. ἔρωγαι Vit. ἔρωται Mosc. et cum litura inter ω et τ M.
429. βαρβύρω Par. K. L. γένη, sed ei supra scripto, Lips.
430. κακόν M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Mosc. Par. B. N. κακῶν Ald. Rob. Turn. Euripides Med. v. 59. ἐν ἀρχῇ πῆμα κούδέπω μεσοῖ, ubi v. Elmsleium.
431. ἐπ' αὐτοῖς M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Cantabr. 2. Ox. Par. B. K. L. N. Ald. Rob. ἐπ' αὐτούς Turn. ἐπ' αὐτῆς Mosc.
433. τῆσδέ τ' M. G. Vit. Par. A. B. τῆς δέ τ' Ald. Rob. Emen-  
date τῆσδ' ἐτ' Lips. Turn. γρ. καὶ τύχης ex Par. B. Faehsius affert.
434. τί δ' αὖ G. τῆνδε, ut fere solet, M. τῆν δέ Ald. Rob. στρατῶ, mutato a sec. manu ῶ in οῦ; Vit. στρατοῦ Ald.
435. μέσσονα, supra scripto α, Vit.
436. φύσιν M. Vit. Ald. Rob. Turn. et ei supra scripto Lips. φύ-  
σει G. Ven. B. Par. A. B. K. L. et supra scripto φύσιν Cantabr. 2.
437. ἄριστον, supra scripto οι, Lips. καὶ εὐγένειαν M. Vit. Mosc. Ald. Rob. ἐκπρεπεῖς M. Ald. Turn. et adscriptum in Par. B. εὐπρεπεῖς G. Vit. Lips. Ven. B. Mosc. Par. A. B. L. N. Rob.
438. ἄνακτοι Vit.
439. αἰσχρῶς M. G. Vit. Lips. Ven. B. Cantabr. 1. 2. Lambeth. Mosc. Ox. Par. A. B. H. K. L. N. Rob. οἰκτρῶς Ald. Turn. et supra scri-  
ptum in Par. B. δυσκλεσιάτω M. Lips. Par. B. Ald. Rob. Turn. Id  
fuit etiam in Vit. ubi terendo λε perit. δυσκλεσιάτω Par. C. δυστυχε-  
στάτω G. Ven. B. Cantabr. 1. Par. A. L. et adscriptum γρ. δυστυχεσιάτω  
in Lips. πότμω Vit. Lips. Mosc. Par. N. sed in Lips. adscriptum γρ.  
μόρω. θανάτω.
440. οἶ ἐγὼ M. ὀ ἐγὼ Par. C. οἶ ἐγὼ G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Ald. Rob. Turn. Correxerit Porsonus. τάλανα Vit. κακοὶ pro κα-  
κῆς Lips.
441. δέ omittunt Ven. A. Ox. Ald. Post ποίω habet Rob.
442. ἐστίν Vit. πρόσθεν G. Vit. Lips. Ven. A. Cantabr. 1. Mosc. Ald. πρόσθεν Par. N.
443. δύσορμος, ad ος supra scripto οι, Lips. νηυσὶν M. G. Vit. Lips.
444. ἀκτῆς G. In Vit. ad ἀκτῆς a sec. manu supra scriptum γρ. ἀλδς, sic.
445. Narrat rem etiam Herodotus VIII. 76.  
ὄτ' ἄν M. Vit. Lips. Rob. ὄτ' ἐκ scribendum putavit Elmsleius (Edinburgh Review XVII. p. 236.). Sed v. diss. de particula ἄν III. 4. Opusc. IV. p. 148.
446. ἐξσωζοῖατο, ad ξ supra scripto κ, M. ἐκσωζοῖατο, ad οἶ su-  
pra scripto ει, Lips. Non satis recte Abreschius νεῶν ἐκσωζοῖατο ita



coniungit ut *αθαρέντες* seorsim positum sit. Vt ista sint coniungenda, certe *αθαρέντες* non minus cum illo genitivo construi debet: *dissipati ex patibus*. *Ωθειρεσθαι errare, vagari* significans et ab Abreschio hic et in Misc. Obs. IV. 3. p. 451. illustratum est. Conferendus Blomfieldius.

447. *κτεινεια* Ald. *κτεινειεν* G. Ven. A. B. Ox. Par. C. N. Rob. Inde *κτεινειαν* Porsonus. Recte *κτεινοιεν* M. Vit. Lips. ceterique, ut videtur, codices et Turn. *αχειρωτον* G. *ευχειρωσ τον* Mosc. Par. B. Id videtur etiam in Vit. fuisse, in quo erasa ea scriptura *ευχειρωτον* restitutum. *ευχειρω τον*, propter similem, ut videtur, codicis alicuius lituram, Ald.

448. *εναλιων* M. G. Vit. Par. A. B. N. *ειναλιων* Ven. A. Rob. Turn. *ειν αλιων* Ald. *αναλιων* Lips.

449. *ως γαρ ο θεος* Lips. Mosc.

450. *νηων* Ven. A. Par. C. *νειων* Cantabr. 2. *ελλησιν* M. Rob. *ελλησι* G. Vit. Lips. aliique et Ald. Turn.

451. *αυθημερων* Vit. V. Herodotum VIII. 95.

452. 453. *αμφι δ' ε|κυκλουντο* Ven. A. Par. B. C. et ante correctionem Vit. *αμφι δ' ε|κυκλον την* ex correctione Vit. *αμφι δ' |εκυκλουντο* G. Lips. et ut videtur Mosc. *αμφι δε*, ut Brunckius refert, supra scriptum in Par. B. *γρ. δε* ex eo codice Faehsius affert. De omisso augmento v. praef. ad Eur. Bacchas p. XLVI.

454. *γρ. τράπωνται* Par. B. *τράπονται* Par. C.

455. *πέτροισιν* M. Vit. Lips. Ven. B. Mosc. Par. B. N. Vulgo *πέτρησιν*. *ήράσσοντο* M. (sic M.) G. Lips. Par. A. B. *ήράσαντο* Vit. aliique et Turn. *ήράσαντο* Ald. Rob. *δ' άπο* Lips. Ven. A. Par. B. Ald. Turn. *τ' άπο* M. G. Vit. Par. A. N. Rob. *τ'* ad *δ'* supra scriptum in Lips. Par. B. Non dubitavi praeferre *τε*. Sed anastrophen, quam consensu tuentur libri, repudiandam esse diligens docebat artis poetarum in condendis trimetris observatio, qui quum plerumque ita coniungant verba, ut singulis versibus aliqua pars orationis terminetur, tamen saepe etiam pausa paullo ante finem versus facta tam arte finem versus cum sequentis initio coniungunt, ut ne elisionem quidem in fine versus spreverint, nedum in praepositionibus admiserint anastrophen.

456. *προσπίτνοντες* M. Cantabr. 2. Rob. *πίπτοντες* Par. N. Ceteri *προσπίπτοντες*. *ώλλυσαν* M. *ώλυσαν* G. Vit. aliique nonnulli.

457. *αφορηθηέντες*, ad *α* supra scripto *ε*, Lips.

458. *κρεοκοποῦσι* ex correctione M. et hoc ex scholiis restituit Porsonus. *κρεωκιποῦσι* Ald. Rob. *κρωκοποῦσι* Vit. supra tamen scripto *γρ. κρεωκοποῦσι*, quod in M. ante correctionem erat ut in ceteris omnibus. V. Pors. praef. ad Hec. p. VIII. Lob. ad Phryn. p. 693.

460. *ανώμωξε* G. Cantabr. 1. 2. Ald. Rob. *κακων* omittunt Mose. et a pr. manu Vit. *πάθος* Vit. Par. N.

461. De loco illo, ex quo Xerxes pugnam spectaverit, vide Was- sium ad Thuc. II. 19. Valckenarium et Wesselingium ad Herod. VIII. 90.

Tourjium Emend. in Suidam vol I. p. 398. seqq. (261. ed. Lips.).

Libri omnes εὐαγγῆ. Scholiastes καθαράν, κειωρισμένην, εὐ ἔχουσαν οἶον τὴν ἄποψιν καὶ ἐπιτηροῦσαν τὸν λεῶν ἅπαντα. ἢ ἀγάζοντα καὶ ὀρῶντα. Hemsterhusius εὐαγγῆ, quod receperunt Brunckius, Schützius, Porsonus, Blomfieldius. Praeclara illa Hemsterhusii disputatio tanto magis tota huc transferenda videtur, quod et in primis ad Aeschyli locum pertinet et plura sunt quae de ea monere lectorem volo. Sic igitur ille apud Musgraviium in Exerc. Eurip. II. 6. sive in eiusdem notis ad Euripidis Suppl. 654.

ἀμφὶ δ' Ἡλέκτρας πόλυς

ἔστιν θεατῆς, πρόγον εὐαγγῆ λαβίων.

*Euripidis loco apte convenit interpretatio* (Hesychii verba dicit, εὐαγές, εὐοπτον): ipsi voci convenire fuerat ostendendum. Εὐαγῆς si dicatur ab ἄγος, quid sit notum est, quemadmodum ἀναγῆς, δυσαγῆς. Si ab ἄγω duco, erit agilis, flexibilis, qua potestate capitur in Hippocr. περὶ διαίτ. II. p. 363, 34. neque aliter Henr. Stephan. intellexit Anth. I. c. 60. Ep. 8. Χαίροιτ' εὐαγῆς (μέλισσαι) in Th. L. Gr. Tom. I. p. 126. C. agiles apes, quod per aerem ferantur cito et facile: vel mobilis, volubilis, ut in Aretaeo p. 19. v. 33. (p. 41. ed. Lips.) ὀφθαλμοὶ εὐαγῆς, λαμπροί, εἰρηνη possunt, licet puros dederit Crassus, Wiganus lucentes, quod vix perspicias unde pendeat, nisi legisse vel legi voluisse statuas εὐαγγῆς: iunguntur tamen itidem ab Adamantio I. c. 9. (p. 349.) ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ λαμπροὶ καὶ εὐαγῆς, cuius vice admodum vitiose εὐλαβεῖς Polemo (p. 222.) praesert. Porro si ab ἄγω, ἄγνυμι frango, significabit fragilem, quique facile comminui possit; quo pertinet Suidae locus ita scribendus: εὐαγῆς, εὐκόλως κεκλασμένον, et στάχυς εὐαγῆς, idem qui εὐκλαστος, εὐθρουστος, apud Etym. in v. Δημήτηρ. In his, sicuti linguae norma postulat, penultima corrigitur: aliis in locis eadem vox syllabam istam habet productam: Leonid. Anth. VI. 27. Ep. 6. καὶ πέλεκυν ὀγκάναν τ' εὐαγῆα καὶ περιηγῆς Τρύπανον — Parmen. ap. Clem. Str. V. p. 732. — καθαράς εὐαγῆος ἡελίοιο Λαμπάδος ἔργ' αἰδηλα — nimirum forma Dorica nascuntur ex εὐηγῆς et περιηγῆς: quorum illud rarissimum, alterum frequentatur pro circumactō, circumiecto, rotundo: saepe tamen quam proprie vim habeat obscurum est, qua de re nunc nihil amplius dicam. Singulare est quod ex Lex. Vet. MS. Bibl. Sangerman. (Anecd. Bekkeri p. 337, 13.) tecum communicavit praestantissimus noster Ruhnkentius: ἀγῆς· τοῦτο ἀπὸ συνθέσεως (συνθέτου apud Bekkerum) καταλείπεται τοῦ εὐαγῆς ἢ παναγῆς. Ἐμπειροκλῆς· ἄθρει μὲν γὰρ ἀνακτος ἐναντίον ἀγῆα κύκλον· pro παναγῆς, quod longe diversum est, melius scripsisset περιαγῆς, ut in illo versu proverbiali, quem suggerit Philorop. περὶ Κοσμοπ. p. 179. μηδ' ὅσον ὀφθαλμοῦ περιηγῆα κύκλον ἐλῆσαι. vid. Suid. in εὐαγῆς. Nunc investiga quantum libet, harum, quas notari in εὐαγῆς, significationum quatenam vel Aeschyli verbis vel Euri-

pidis accommodari possit, nullam invenies: at scripseris inserta littera εὐαγγελῆ, omnis difficultas fuerit sublata: nam εὐαγγελῆς, locus illustris, vel qui undique conspici potest, vel unde prospectus in vicina late patet. Ratio structuræ in ἔδρα παντὸς εὐαγγελῆς στρατοῦ itidem expedita, quæ frustra quaeratur in εὐαγγῆς. Enimvero iam dudum vereor, ne εὐαγγελῆς per culpam librariorum pluribus locis abierit in εὐαγγῆς: in Iamblichi certe Protr. p. 152. vs. 23. (p. 360. Kiessl.) vice vulgati, λαμπροτάτη τις εὐαγγῆ, cod. Reines. quem ipse cum edito contuli, praeferit εὐαγγῆ, quod utique longe melius congruit cum λαμπροτάτη et τὸ τῆς ψυχῆς ὁμια, quam εὐαγγῆ. Perinde se res habet in Platone de LL. XII. p. 989. C. (p. 952. A. Steph.) ἢ μαθοῦσι μὲν εὐαγγέστερα γίγνεσθαι, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα — καὶ ἄσαφῆ. Tim. p. 1065. E. (p. 58. D. Steph.) ἄερος τὸ μὲν εὐαγγέστατον ἐπίκλην αἰθῆρ καλούμενος, ὃ δὲ θολερώτατος ὁμίχλη τε καὶ σκότος: unde sumptum Iamblichi de Myst. p. 80. vs. 21. τὸ εὐαγγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ ἀέρος. Si tum iuncta propinqua, tum opposita contrariae potestatis attente spectes, quid prius in mentem veniat, quam opportunissimum εὐαγγελῆς? Accedat Aristoteles, vel quicumque nomen eius mentitūs auctor, de Mund. p. 14. vs. 12. (p. 397. a. 16. ed. Bekk.) κόσμος — λαμπρότητι δὲ εὐαγγέστατος: vertit Appuleius: splendore perlucidus: quin clarius etiam causam nostram suffulcit diversa, quam Stobaeus suppeditat Ecl. Phys. p. 78. vs. 9. (p. 694. Heer.) lectio, λαμπρότητα δὲ τηλευγγέστατος. In Parmenide quoque εὐαγγέος ἡελίοιο non sprevero. Pythagoreis autem in primis ἀγγῆ et voces inde natae placuerunt; unico Theagis exemplo desungar apud Stob. p. 11. vs. 46. ὃ νόος — ἔχων περιανγῆ καὶ διανγῆ τὰν ἔποιν. Iam neminem opinor fore, qui contendat, pro εὐαγγελῆς Graecos vitandae κακοφωνίης ergo solenni more pronunciasse εὐαγγῆς.

Haec Hemsterhusius, docte quidem et acute, sed non ita ut omnem sustulerit dubitandi materiam. Equidem etsi vereor ne haec res ad liquidum perducī nequeat, tamen asseram, quae, ne quis iusto citius assentiat, impediatur.

Apertum est nomen εὐαγγῆς, prout ab ἄγω vel ἄγνυμι vel ἄζω derivetur, non posse non diversas significationes habere. De his dicendum est singillatim, ne quae cognata quidem, sed diversa tamen sunt, confundantur. Ac verba ἄγω et ἄγνυμι fontem habent communem, ut ἄγνυμι proprie sit *ducendo* i. e. *flectendo frango*, deinde simpliciter *frango*; *conterō*. Ab eo verbo est εὐαγγῆς, media syllaba longa. Suidas εὐαγγῆς, καλῶς κεκλασμένον. Et hoc usus est Etymologus M. p. 266; 2. Δημήτερος ἀκτιῆ· διὰ τὸ κατὰ γινῆσθαι ἐν τῇ ἄλλῃ τὸν σιάχον τὸν εὐαγγῆ, ἢ αὐτὸν τὸν σῆτον ἐν τῷ μύλῳ θραύεσθαι. Sed idem vocabulum etiam aliam habet significationem, quae propius accedit ad propriam verbi ἄγνυμι notionem. Corrupta sunt haec grammaticorum, Photii p. 27, 6. εὐαγγῆς, μεταφορικῶς κύκλος, Zonarae p. 897. εὐαγγῆς, καλῶς περιτρημένος,

ἡ μεταφορικὸς κύκλος. Eadem quae Zonaras, omisso tamen ἡ, habet Suidas, apud quem μεταφορικῶς α Kustero repositum est. Scribendum est εὐαγής, qualis περιηγμένος, ἡ μεταφορικῶς κυκλικός. Terminations enim ος et ικος saepe permutantur. De testimonio, quod Suidas ex epigrammate Antipatri Sidonii adiecit, infra videbimus: est enim illud ab hoc vocabulo prorsus alienum. De ipso vocabulo noli dubitare quin vera tradiderint grammatici. Id quod apparet ex simili περιωγής. Photius p. 414, 15. περιωγές, ἐπικαμπές. Usurpatur περιωγής ab Adamantio Physiogn. II. 24. p. 413. κεφαλὴν μέσιν τὸ μέγεθος, περιωγῆ. Etym. M. p. 545, 27. παρὰ τὸ κῆρον, τουτέστιν τὸ περιφερές καὶ περιωγές. Eadem schol. ad II. V. 586. Ac ne dubites quin ab ἄγνωμι ductum sit, argumento est περιωγῆ substantivum apud Aratum v. 687. de Argo navi,

ἀλλ' ἦτοι Περσεὺς μὲν ἄτερ γουνός τε ποδός τε  
δεξιτεροῦ δύεται, πρύμνης δ' ὅσον ἐς περιωγῆν,

quod scholiastes interpretatur ὅσον εἰς τὴν περίκλασιν καὶ καμπὴν τῆς πρύμνης. Illa vero significatione etsi videri possit εὐαγής dictum esse ab Leonida Tarentino epigr. 28. in Anal. Brunckii t. I. p. 227. sive Anth. Pal. VI. 204.

Θῆρις ὁ δαιδαλόχειρ τῷ Παλλάδι πῆχυν ἀκαμπῆ,  
καὶ τετανὸν νῶτιον καμπτόμενον πρόονα,  
καὶ πέλεκυν, ῥυκάναν τ' εὐαγέα, καὶ περιωγές  
τρύπανον, ἐκ τέχνης ἄνθετο παυσάμενος,

ut runcina intelligatur ab anteriore parte curvata, tamen non potest dubitari quin Meinekius in Del. poet. Anth. Gr. p. 31. recte viderit scribendum esse εὐάκεια. Sed usus videtur hoc nomine Parmenides v. 133.

εἴση δ' αἰθερίην τε φύσιν, τὰ τ' ἐν αἰθέρι πάντα  
σίμηματα, καὶ καθαρῆς εὐαγέος ἡέλιου  
λαμπύδος ἔργ' αἰθήλα,

ut, si hoc ita sit, etiam Empedocles ἀγέα κύκλον rotundum solis orbem intellexisse videatur. Quamquam hoc incertum est. Illud vero valde probabile est, nomen εὐάγητος ab ἄγνωμι dictum esse et *flexuosum*, *sinuosum* notare. Aristophanes Nub. 274.

ἀέναισι Νεφέλαι,  
ἀρθῶμεν φανεραὶ δροσερᾶν φύσιν  
εὐάγητον.

Abutitur ingenio suo Bentleyus in Museo crit. Cantabr. II. p. 435. Male interpretantur Suidas, Zonaras p. 905. Favorinus, εὐάγητον, καθαρᾶν, λαμπρᾶν. Ἀριστοφάνης, δροσερᾶν εὐάγητον φύσιν, et scholiastae πανταχοῦ φερομένην, ἢ λαμπρᾶν. πάντη φερόμενον· εὐάγητον· τοιοῦτο γὰρ τὸ ὕδωρ. Eustathius in Opusc. p. 142. a. 9. εὐάγητον intellexit εὐαγές, *sacrum*, et eodem significato p. 144. a. 1. εὐαγέστατον ὄνομα.

Nunc transeamus ad εὐαγής ab ἄγνω *duco* derivatum. Quale voca-

bulum, si ab ipso verbo ἄγω factum fuit, brevem necesse est habuerit mediam syllabam; sin ab ἀγέω Dorico, de quo Schaeferus in Melet. crit. p. 113. seq. dixit, longam, ut pro communi forma εὐηγής dictum, quemadmodum περιηγές τρύπανον in illo quod attulimus Leonidae epigrammate pro περιηγές positum videtur. Quamquam si quis ὀφθαλμοῦ περιηγέα κύκλον dixit, non poterit hoc ad Parmenidis εὐαγέος ἡελίοιο aut ab Empedoclis ἀγέα κύκλον adhiberi, quod neuter Dorica dialecto est usus. Sed huius vocabuli εὐαγής quae communis vel Ionica forma existare visa est apud Aretaeum de curatione morb. diurn. I. 13. p. 128. B. ed. Boerh. p. 327. ed. Lips. emendatione corrupti loci removenda est. Scribendum est enim προστίθει δὲ χάριτας πόματος καὶ σίτου, κῆν μικρῶ χεῖρω τῶν ὠφελούντων ἔωσι διδόναι (ἔσται γὰρ διέξοδος ναυτιώδει καὶ ἀτερεῖ ὑγρῶ· μετεξετέρους γὰρ ἢ τοῦ πύου δίοδος βλάψαι δύναται), μήπω τι καὶ ἀπόσιτοι ἔσονται, κῆν τι λάβωσι εὐημέες. Abest vulgo δύναται, quod codex Harleianus suppeditat. Deinde ed. Boerh. κῆνει λάβωσι, pro quo P. Petitus habet κῆν τε λάβωσι. Denique legebatur εὐηγέες. Non perceperunt loci sensum interpretes, qui quum de reponendo εὐαγές cogitarunt, sententiam reddiderunt etiam obscuriorem. Scripsi εὐημέες, de qua forma Lobeckius dixit ad Phryn. p. 706. Sensus est *adhibe illecebras potus et cibi, etiam si paullo minus conducibilem quam dari oporteat (parabitur enim exitus nauseam facienti et insuavi humori; nonnullis enim perruptio puris nocere potest), ne fastidiant cibum, etsi quid quod facile vomere possint sumpserint.* Εὐαγής autem, correpta media syllaba, ab ἄγω dūco derivatum esse haud ita facile credam, primum quod alia huius formae vocabula desunt, tum quod prorsus silent grammatici, tum denique quod exempla, quae pro hac derivatione afferuntur, valde suspecta sunt, quippe quae cuncta vel admittant aliam explicationem vel etiam efflagitent. De q̄ta re mox videbimus.

Iam enim dicendum est de nomine εὐαγής, quod ab ἄζω ductum *sacrum, castum, purum* significat. Grammaticorum interpretationes has habemus. Hesychii, εὐαγές, ἄγνόν, καθαρόν, εὐσεβές, εὐοπτον, ἄγιον. Photij, εὐαγές, ἄγνόν, εὐσεβές, ὄσιον, θειότατον. Suidae, εὐαγές, ἄγνόν, καθαρόν, εὐσεβές, ὄσιον, θειότατον· γένους δὲ ἦν εὐαγοῦς, οὐκ ἐπὶ δυνάμει τρυφώση λαμπρονόμενον, οὐδὲ ἐπὶ χρημάτων περιουσία κολακικῆ, quae eadem, sed minus plene, apud Zonaram p. 914. exstant. Porro Hesychii, εὐαγοῦς, θειοτάτης. Zonarae p. 897. et Favorini, εὐαγῶν, μεγάλων, quod alio spectat quam; ut Tilmanno videbatur, ad epigramma Antipatri Sidonii a Suida in v. εὐαγής allati. Sed originem significationis si requiris, omnem illam latissime patentem verborum cognitionem, cuiusmodi sunt ἀγάζω, ἄγαμαι, ἀγαομαι, ἄζω, ἄγη, ἄγος, ἄγιος, ἄγνός, ἀγηλατῶ pluraque alia, in quibus est etiam ἀγάλλομαι, aliter explicandam puto quam visum est Ruhnkenio ad Timaei lex. Plat. p. 12. seq. qui quam inuit viam, quum primam po-

suit *nitoris* significationem, ea non satis plana aut expedita videtur ad omnem illam verborum et notionum varietatem comprehendendam. Non potest quidem dubitari quin cognatae cum his verbis voces *ἀκτίς* et *αὐγή*, quae proprie de refractis radiis dicuntur, ab *ἀγω*, *ἀγνυμι* derivatae sint: quarum altera, ut a *κράζω κραυγή*, insertum habet crassiores spiritum: sed tamen ista quam indicavi verborum familia, etsi ab eadem radice orta est, ita manifestam prodit admirationis vel horroris vel omnino motus cuiusdam et gestus significationem, ut alia ratione, quam quae est radiantis lucis, cum radice illa cohaerere videatur. Vtar pro primitivo (perinde est enim quo quis utatur, quum nullum istorum sit primitivum) verbo *ἄζω* sive *ἄζομαι*. In eo primaria esse videtur notio *stupescendi*, ducta ab eo, quod qui conspecta re insolita stupescunt, superiora corporis recellunt. Haec significatio statim pro rei ob quam stupemus natura in duas alias dispescitur, unam *admirationis*, *venerationis*, *reverentiae*, alteram *horroris*, *abominationis*, *indignationis*: unde rerum quoque ipsarum sit diversitas, aliis colendis ob *sancritatem* suam, aliis formidandis ob *nefas* et *piaculum*. Accedit ad has tertia significatio, composita ex illis ambabus, *invidiae*, quae est indignatio ex admiratione orta. Quod si haec ad nomen *εὐαγής* adhibemus, primo quaerendum est an illud duplex sit, unum correpta media, quod plurimo usu frequentatum est, alterum producta. Certe si recte in lexico illo Sangermanensi *ἀγής* apud Empedoclem significatione cum *εὐαγής* et *παναγής* cognatum esse indicatur, cum aspero potius spiritu credas Empedoclem scripsisse

ἄθρει μὲν γὰρ ἀνακτος ἐναντίον ἀγέα κύκλον,

et *sacrum* voluisse orbem solis intelligi. Quae suspicio eo videtur confirmari, quod idem nomen, ut plura ex illa radice, etiam in malam partem usurpatum invenitur: de qua re Tzetzes scribit ad Lycophr. v. 436. ὅτι δὲ ὁ ἀγής, ὁ μυσαρός, ἐξ οὗ λέγεται καὶ ὁ ἄγιος ὁ μυσαρός, Ἰππιωνάξ φησιν

ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουπάλω κατηρῶντο.

Quamobrem nihil mirum foret, si ex hoc nomine compositum fuisset *εὐαγής* media producta. Itaque incertum est, Parmenides, quum scripsit *εὐαγέος ἡελίοιο*, sacrumne voluerit an rotundum: Karstenus p. 122, seq. ea significatione putat *εὐαγέος* dictum esse, qua Hemsterhusio *εὐαναγέος* scribendum esse videbatur. Proxime cohaerere cum adiectivo *ἀγής* videtur substantivum *ἄγος*, a quo esse puto, quod apud Hesychium legitur, *ἄγεα*, *τεμένη*, ex quo sive est *ἀγηλατεῖν*, et spiritus asper in eo verbo erit praefendus, de qua scriptura v. Schaeferum ad Greg. Cor. p. 546. et prima syllaba longe putanda. Certe non memini loci ex quo huius syllabae mensura certo disci possit. Eadem dubitatio est de adiectivo *εὐαγής*, quod in iis locis, in quibus maxime vel de significatione vel de scripturae sinceritate disceptari potest, aut apud prosae orationis scriptores invenitur aut a poetis ita positum est ut mensura ambigua sit. Quare non satis cognitum est utrum *εὐαγής* ubique mediam syllabam brevem habeat,

an certis in significationibus ea syllaba producat. Veri tamen similis videtur unum dumtaxat esse nomen *εὐαγής* brevi media syllaba, quam mensuram habere videtur etiam *ἀκραγής*, quo usus est Aeschylus in Prom. v. 804.

ὄξυστόμους γὰρ Ζητὸς ἀκραγεῖς κύνας  
γρῦπας φυλάξαι.

Falluntur enim qui id a *κράζειν* ductum putant, quia, si ita esset, primam syllabam poeta non produxisset: itaque recte alii *ὄξυχόλους*, *ἀπροχόλους* interpretantur. Est autem *εὐαγής* proprie *sanctus*, deinde *sacer*, i. e. qui ob sanctitatem colitur. Ex his duabus significationibus prima tantum ita multiplex est, ut plures alios significatus pepererit: altera autem tam simplex, ut praeteriri nunc posset, nisi de duobus locis, qui in dubitationem vocati sunt, dicendum videretur. Suidas post illa, quae supra allata sunt, *εὐαγής* *καλῶς περιηγημένος*, *μεταφορικὸς κύκλος*, haec habet, καὶ ἐν ἐπιγράμματι

Πιερικὸν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρὺν ὕμνων  
χαλκευτῶν, κατέχει Πίνδαρον ἄδε κόνις.

Idem distichon ab eodem in v. *χαλκευτής* assertur. Est autem Antipatri Sidonii in Brunckii Ahal. t. II. p. 27. ep. 79. sive Anth. Pal. VII. 34. Eleganter Toupius *εὐαγέων* scribi voluit, his ipsis Pindari verbis motus Pyth. H. 14. (24.) ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσεν ἄλλος ἀνὴρ εὐαγέα βασιλεῦσιν ὕμνον, ἅπιν' ἀρετᾶς. Brunckius vero vulgatam tuetur, sed ut *εὐαγέων* secundam syllabam productam habeat et hymnos bene tornatos significet: quod ille quum nullo alio argumento fecerit quam propter Suidae explicationem et propter *ὀγκύνακ* *εὐαγέα* apud Leonidam Tarentinum, nihil causae est quare ei accedamus. Nam Leonidaë epigramma quomodo Meinekius emendaverit supra dictum est, apud Suidam autem recte intellexit Portus Antipatri exemplum ad aliam quam quae a Suida posita est significationem spectare. Neque aut Zonaras aut Favorinus Antipatri versus addunt. Itaque non erit dubitandum quin Antipater *sacra* carmina intelligi voluerit. Alter locus Antiphili est in Anal. Br. t. II. p. 177. ep. 29. sive Anth. Pal. IX. 404. de apibus,

χαίροιτ', εὐαγέες, καὶ ἐν ἄνθεσι ποιμαίνεσθε,  
αἰθέριον πτηνὰ νέκταρος ἐργάτιδες.

Ibi vero H. Stephanus *εὐαγέες* *agiles* interpretatur, Iacobsius, ut apud Virgilium, *leves* dici apes existimat. Quam significationem quum supra omnino in dubitationem adduxerimus, hic tanto minus putamus admittendam esse, quod quum apes hoc epigrammate in primis ob gratuitum mellis donum laudentur, multo aptius est sacras eas colendasque mortalibus a poeta dici. Sed redeo ad primam significationem, quae *sanctitatis* est. Sanctum autem dicimus primo eum qui *sceleris* immunis est. Itā *εὐαγέως* dictum est in Homericō hymno Cereris v. 274. 369. quae antiquissima esset pro hac voce auctoritas, si satis constaret quid in his hymnis primo auctori deberetur. Theocritus XXVI. 30.

αὐτὸς δ' εὐαγέλομαι καὶ εὐαγέεσθαι ἕδομαι.

Callimachus h. Deliaci v. 98.

εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.

Alia ibi exempla adnotavit Spanhemius in usque observationem scholiastae Sophoclis ad Oed. R. 921. licet non satis apto loco factam, opposita esse εὐαγής et ἐναγής. Ita Appianus de b. civ. IV. 96. καὶ τὰδε, ὧ πολῖται, πρῶσσοντες οἱ τρεῖς ἡμᾶς ἐναγεῖς λέγουσι, et c. 97. ὁρᾶτε δὲ πρὸς ἡμῖς ὡς εὐαγεῖς καὶ δημοκρατικούς καταπεφενγότας. Aliud oppositum est δυσαγής apud Manethonem V. 180. restitutum a Dorvillio commemoratumque a Schaefero ad Dion. Hal. de struct. or. p. 89. Deinde sanctus est *criminis* expers. Ita in lege apud Andocidem de myst. p. 48, 7. ed. Reisk. ὁ δὲ ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα καὶ ὁ συμβουλεύσας ὅσιος ἔσται καὶ εὐαγής. Et apud Demosthenem in tertia Philippica p. 122, 16. εὐαγής ἢ τὸ ἀποκτείνει, quod orator ipse his verbis interpretatur, καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι. Sic etiam Sophocles Ant. 521.

τίς οἶδεν, εἰ κάτω ἴσιν εὐαγῆ τάδε;

Pertinet huc locus Aristidis Quintiliani de musica I. p. 5. male intellectus a Meibomio, εἰ δημιουργὸν ὀνομάζειν θέμις ἐξ ὧν εἰργασται, καλῶς θεμένους τὴν προστηγορίαν, εἴτε εἶδος καλεῖν εὐαγής, ubi non εἶδος εὐαγής, sed εὐαγής ἔστιν, εἶδος καλεῖν dicit, ut antea ὀνομάζειν θέμις. Tertio sanctus universe dicitur qui malo vacat. Ita Sophocles in Oed. R. 919.

πρὸς σ', ὧ Λυκεῖ Ἀπολλον, ἄγχιςτος γὰρ εἰ,  
ἵκέτις ἀφῆγμαι τοῖσδε σὺν κατενύμασιν,  
ὅπως λύσιν τίν' ἡμῖν εὐαγῆ πόρης.

Haec vero significatio, nisi fallor, fecit ut nomen εὐαγής ad eam quoque puritatem transferretur quam *serenitatem* appellamus: quae ita est cum lucis notione coniuncta, ut non sit mirum, si saepe dubitari possit, εὐαγής an εὐανγής praefendum sit. Ut nihil magnopere obstabat quin Sophocles diceret εὐανγῆ λύσιν, ita, quum εὐαγῆ mallet, qui est *serenus exitus*, satis prope accessit ad illam notionem. Non ausim itaque cum Brunckio, quem moverat Hemsterhusii disputatio, εὐανγεῖς reponere in his versibus Euripidis Bacch. 660.

ἦκω Κιθαιρῶν' ἐκλιπῶν, ἴν' οὐποτε  
λευκῆς χιόνος ἀνείσαν εὐαγεῖς βολαί.

Non mutasset, opinor, si ἀγναῖ scriptum invenisset, quod ipsum quoque aptum, sed, si recte sentio, tamen magis de candoris puritate, quam de serenitate intelligendum esset. Hanc autem nominis εὐαγής explicationem non mediocriter illud confirmat, quod oculi sereni εὐαγεῖς appellantur. Nam qui *agiles* significari putant, eos non solum aliunde confirmare usum huius vocabuli oportet, sed etiam docere quomodo haec significatio ubique satis apta sit. Est autem, si libris fides, ita locutus Aretaeus de caussis et signis morborum acutorum II. 4. p. 16. E. sive p. 41. ed. Lips.



φθαλμοὶ εὐαγέες, λαμπροί, ὑπέροθροι. Sermo est de feбри ardente, it hic quidem potius φθαναγέες requiri videatur. Sed Adamantius Phyllogn. I. 9. p. 349. εἰ δὲ ὑψηλοὶ ὄντες ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ εὐαγέες εἴεν, καὶ ὑγρὸν βλέποντες, δίκαιοι, συνετοί, φιλομαθεῖς, ἔρωτος πλήρεις. Quod si, qui haec in suum librum transtulit, Polemo I. 6. v. 222. εὐλαβεῖς habet pro εὐαγέες, dubitari potest an ea non sit aberratio librarii, sed recepta in textum parum hic apta explicatio. Certe Synesius epistola 143. (142.) εὐαγῶς καὶ εὐλαβῶς, ut non multum diversa, iunxit. Ne quis autem Adamantium et Polemonem εὐαυαγέες scripsisse suspicetur, licet hoc accommodatissimum oculis vocabulum sit, Hippocratis auctoritas obstat, qui de sanorum victus ratione II. 11. p. 54. t. II. ed. Mack. sic scribit, οἱ δὲ ὄρθριοι περίπατοί ἰαγχαίνουσι, καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν κοῦφα τε καὶ εὐαγέου καὶ εὐήκοα παρασκευάζουσι, καὶ τὴν κοιλίην λύουσι. ἰαγχαίνουσι μὲν ὅτι κινούμενον τὸ σῶμα θερμαίνεται, καὶ τὸ ὑγρὸν λεπτινέται καὶ καθαίρεται, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ μύττεκαί τε καὶ χρέμπτεται, τὸ δὲ ἐς τὴν τροφήν τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται· τὴν δὲ κοιλίαν λύουσι διότι θερμὴ ἐοῦσα, τοῦ ψυχροῦ πνεύματος ἐσπίπτοντος ἄνωθεν, ὑποχωρεῖ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ· κοῦφα δὲ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ποιοῦντι διὰ τὰδε· ὅταν κενωθῇ ἡ κοιλίη, ἔλκει ἐς ἐσωτὴν ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ὑγρὸν, θερμὴ ἐοῦσα· κενουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς ἀποκαθαίρεται ἢ τε ὄψις καὶ ἢ ἀκρότης, καὶ γίνονται εὐαγέες οἱ ἄνθρωποι. Quo in loco quum primo de oculis tantum ea vox dicta sit, in fine autem, ubi concluditur demonstratio, de toto homine usurpetur, apertum est significationem ei inesse, quae non, ut in vocabulo εὐαυαγῆς, ad solum videndi sensum, sed ad omnem in sentiendo alacritatem, praecipue vero ad eam quae in oculis cernitur, spectet. Atqui haec ipsa est serenitatis significatio, quae quum Hippocratis loco, tum Adamantii et Polemonis verbis ita omnibus numeris satisfacit, ut aptiorem invenire nequeas. Confirmatur haec vocis εὐαυαγῆς explicatio, ut serenum significet, iis quae ex Democriti sententia Theophrastus in libro de sensu et sensilibus affert §. 73. p. 677. ed. Schneid. τὰ μὲν οὖν σκληρὰ τῶν λευκῶν ἐκ τοιούτων σχημάτων συγκεῖσθαι, ὅσον ἢ ἐντὸς τῶν κογχυλίων· οὕτω γὰρ ἄσκη καὶ εὐαυαγῆ καὶ εὐθύπορα εἶναι, et §. 78. p. 679. dicit, σχεδὸν δὲ καὶ τὸ ἔροθρον τῷ λευκῷ μιχθέν γλιωρὸν ποιεῖν εὐαυαγῆ καὶ οὐ μέλαν. Quae quum ita esse videantur, non puto esse quare haec Platonis in Timaeo p. 58. C. ed. Steph. vitii suspecta habeamus, μετὰ δὲ ἃ ταῦτα δεῖ νοεῖν ὅτι πυρός τε γένη πολλὰ γέγονεν, ὅσον φλόξ τό τε ἀπὸ τῆς φλογὸς ἀπίον, ὃ καί μὲν οὐ, φῶς δὲ τοῖς ὄμμασι παρέχει, τό τε φλογὸς ἀποσβεσθείσης ἐν τοῖς διαπύροις καταλειπόμενον αὐτοῦ. κατὰ ταῦτα δὲ ἀέρος τὸ μὲν εὐαυαγῆστατον ἐπίκλην αἰθήρη καλούμενος, ὃ δὲ θολερώτατος ὀμίχλη τε καὶ σκότος. Tantum abest enim, quod Hemsterhusio videtur, ut quae hic inter se opponuntur εὐαυαγῆστατος scribi sua-

deant, ut exactior etiam sit in vulgata lectione oppositio : quin illa, quae de igne praemisit Plato, quodammodo postulare videntur ut hic, ubi de alio elemento sermo est, nomina adhibeantur magis huius elementi propria quam communia cum natura ignis. Et, si quid in tali re ab similibus exemplis praesidii accedit, Hippocrates in libro de aere, locis et aquis p. 285, 27. paene eodem modo de aere loquens magis τὸ εὐαγέστατον quam τὸ εὐανγέστατον expressit : τὸ μὲν θολερὸν αὐτέου καὶ νυκτοειδὲς ἐκκρίνεται καὶ ἕξίσταται καὶ γίγνεται ἡγὴρ καὶ δμύγλη, τὸ δὲ λεπτότατον καὶ κορυβίατον ὑπέρτου λείπεται καὶ γλυκαίνεται, ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιόμενόν τε καὶ ἐψόμενον. Sic etiam Chrysippus apud Stobaeum Ecl. phys. p. 446. ed. Heer. vocat ἀθέρα ἀριώτατόν τε καὶ εἰλικρινέστατον. Non multum discedit quod idem Stobaeus p. 488. ex Philolao refert, τὸ μὲν οὖν ἀνωτάτω μέρος τοῦ περιέχοντος, ἐν ᾧ τὴν εἰλικρινείαν εἶναι τῶν στοιχείων, Ὀλυμπον καλεῖ. Itaque etiam apud Iamblichum de myst. p. 80, 21. sinceram puto vulgatam lectionem, τὸ γὰρ εὐαγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ ἀέρος, ἐπιτηδείως ἔχον ἕξάπτεσθαι εἰς πῦρ, ἅμια τε ἐπινεύουσιν οἱ θεοί, καὶ εὐθὺς ἀνακαίεται. Hinc ne in Aristotelici quidem libri de mundo c. 5. Hemsterhusio sine dubitatione assentiendum esse videtur : καὶ μὴν μεγάλαι μὲν οὗτος (ὁ αὐτὸς ex codd. Bekkerus) παννέριτος, κινήσει δὲ ὀξύτατος, λαμπρότητι δὲ εὐαγέστατος, δυνάμει δὲ ἀγέρως τε καὶ ἄη θαρτος. Quod Hemsterhusio scribendum videbatur, εὐανγέστατος, edidit Bekkerus ex uno suorum quattuor Codicum : unus διανγέστατος praebet : quas autem duas memorabiles lectionis diversitates habet Stobaeus p. 694. ed. Heer. ἀνπέρθετος pro παννέριτος, et τηλαυγέστατος pro εὐαγέστατος, eae vereor ne non maius ad hanc rem diiudicandam momentam conferant quam liberius ista interpretantis Appuleii verba, *splendore perlucidus*. Sed progrediamur longius. Si comparaveris consimilis significationis vocabula quae Germanica lingua habet, *rein, hell, klar, heiter*, non miraberis εὐαγέσ etiam *perspicuum* dici. Itaque ne apud Platonem quidem de leg. XII. p. 951. E. vocabulum εὐαγέστερον mutare auiam : τὴν δὲ συνοσίαν εἶναι τοῖσι καὶ τοὺς λόγους περὶ νόμων αἰεὶ, τῆς τε οἰκίας πόλεως πέρι, καὶ ἐν ἄλλοθι πυνθάνωνται τι περὶ τῶν τοιούτων διαφέρων, καὶ δὴ καὶ περὶ μαθημάτων, ὅπως ἂν ἐν ταύτῃ τῇ σκέψει δοκῇ συμφέρειν, ἃ μαθοῦσι μὲν εὐαγέστερον γίγνεσθαι, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα τὰ περὶ νόμους αὐτοῖς φαίνεσθαι καὶ ἀσαγή. In his εὐαγέστερον Hemsterhusius ex coniectura videtur in pluralem mutasse. Illud potius quaeri potest, sitne pro codicum lectione ὅπως ἂν ἐν ταύτῃ, cuius loco editio Basileensis secunda p. 628. ὅπως ἐν καὶ ταύτῃ habet, scribendum ὅπως ἂν καὶ ταύτῃ. Interpretor autem haec ita, *colloquia autem his et sermones semper de legibus esse, et quod ad ipsorum civitatem attinet, et si quid alibi audiant vel in hoc genere diversum esse, vel etiam in doctrinis quaecumque aliquid ad hanc disputationem conferre videantur, quibus id cogni-*

lis clarius feri, non cognitis autem obscuriorem videri illis et implicatorem legum scientiam. Dubitandum igitur puto an in Iamblichi Protr. p. 360. ed. Kiessl. non praestet *εὐαγλία*, lectio codicis Cizensis: φιλοσόφει μὴ προσέχων, μὴ ταῖς κατ' αἰσθησιν φαντασίαις, αἰτινες φῶς μὲν τι περὶ τὰς κατάληψεις ποιοῦσι, λυγροειδὲς μέντοι καὶ οὐχὶ φυνισκόγ, οὐδὲ ἀληθές, ἀλλὰ μᾶλλον ταῖς κατὰ τὸ νοητικὸν ἐπιστημονικαῖς, ἀφ' ὧν λαμπροτάτη τις εὐαγλία καὶ ἀδωκίτιστος περὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῖα συνίσταται ἐξ ἀπάντων τῶν νοημάτων καὶ νοητῶν καὶ τῆς περὶ ταῦτα θεωρίας, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν. Est enim λαμπροτάτη τις εὐαγλία prorsus quod Germanice dicas *eine helle Klarheit*. Deduximus eo hanc disputationem, ut soli supersint duo tragicorum loci, unus Euripidis in Suppl. v. 651.

ἀμφὶ δ' Ἡλέκτρας πύλας

ἔστιν θεατῆς, πύργον εὐαγῆ λαβῶν,

alter hic Aeschyli,

ἔδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ.

Nec diffiteor utrumque locum planissimum fore, si *εὐαγῆ* scribatur: pro qua coniectura illud maxime afferri potest, quod saepe *α* et *αῦ* confunduntur. Sed sunt etiam quae revocare ab reponendo *εὐαγῆ* videantur: silentium grammaticorum, consensus librorum in scriptura *εὐαγῆ*, antiquitas huius scripturae ea ut iam scholiastae in explicatione laborarint. Quae quum ita sint, equidem etiam in his Euripidis et Aeschyli versibus tueri vulgatam scripturam quam mutare malim. Nam si verum est quod supra ostendere studui, serenitatis notionem in illa voce esse, non sane mirum est, ut nos de locis nullo montium, silvarum, aedium obiectu obscuratis *eine heitere gegend* dicimus, ita Graecos, poetas maxime, locos propter altitudinem late patente prospectu serenos, *εὐαγεῖς*, appellasse. Ita in Euripidis certe loco nihil amplius videbitur difficultatis relinqui. Neque vero Aeschyli versus multo erit ad explicandum difficilior, si quidem non est necessarium ut genitivus *παντὸς στρατοῦ* videre exercitus sedem illam, aut videri ex ea indicetur, quum iis etiam hoc possit significari, ex toto exercitu loco propter altitudinem sereno sedem habuisse Xerxem. Est enim hic locus ex iis in quibus absolutum nomen etiam melius est et aptius comparativo vel superlativo. In quam rem bona est Eustathii observatio p. 258, 39. τὸ δὲ μέγ' ἔξοχος πάντων γενικὴν ἔσχε σύνταξιν διὰ τὴν ἐν λέξει ὑπεροχὴν. ὑπερθεῖσιν γὰρ δηλοῖ τὸ μέγα ἔξοχος. ποιεῖ δὲ Ὅμηρος τοῦτο καὶ ἐν τῷ Θίος Ἀχαιῶν, καὶ ἀριδείκτεος ἀνδρῶν, καὶ δία γυναικῶν. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ κορυφαῖος χοροῦ. ὑπερθεῖσιν γὰρ καὶ τούτοις ἐμφανέται, διὰ τε τὸν Δία ὑπερφέροντα τῶν λοιπῶν θεῶν, διὰ τε τὴν κορυφὴν ὑπερκειμένην τοῦ σώματος, διὰ τε τὴν τοῦ ἀρί ἐπιρρηματικοῦ μορίου ἐπίτασιν. αἱ δὲ ὑπερθεῖσεις φιλοῦσι τὴν γενικὴν σύνταξιν. Similiter in v. συγκριτικὰ καὶ ὑπερθεϊκὰ Favorinus, ἔστι δὲ καὶ τινα ὀνόματα ἀπολύτως λεγόμενα, ἃ τοσαύτην οἰκοῦν ἔχει τὴν ὑπεροχὴν ὥστε

292. 293. κάτοπτρον προῶν ὑπερβάλλειν M. G. Bess. Flor. Far.. Rob. Vict. κάτο πτρονοῦ περβάλλειν Ald. ex quo Turn. fecit κάτοπτρον οὐχ ὑπερβάλλειν. Canterus tacite emendavit κάτοπτρον προῶν ὑπερβάλλειν. Confirmat scholiastae interpretatio τὸ κατόπριον. Merito κάτοπτρον ab recentioribus receptum est. Permirum ac potius incredibile est Godofredum Bernhardt in Syntaxi linguae Graecae p. 50. non solum id male emendatum pronuntiasse, sed etiam novo planeque inaudito modo illud κάτοπτρον προῶνα spiegelfläche interpretatum esse. Difficilior quaestio est, quem locum appellet poeta κάτοπτρον προῶνα. Si adversum Megaridi litus sinus Saronici, satis bene se habebit infinitivus ὑπερβάλλειν, et καί adeo significans. Sed Is. Vossius ad Melam p. 154. montem intelligi volebat vicinum Hermionae, qui proprio nomine Προῶν appellabatur, de quo accurate scripsit Pausanias II. 34, 11. iterum eius mentionem faciens II. 36, 2. At non facile montem hic certum nominaret poeta, nisi ut in eo quoque monte ignem accensum esse diceret: quare scribendum mox esset ἐνθ' ἔσκηψεν· εἰτ' ἀφίκετο Ἀραχναῖον αἶπος, i. e. ubi (in Prone) constitit: tum venit ad culmen Arachnaeum. Accedit quod Pron remotior est ab Aegiplancto quam mons Arachnaeus: quare quodammodo retro signum a Prone ad Arachnaeum perferri debuisset. Haec qui consideraverit, vix, opinor, dubitare poterit quin Σαρωνικοῦ πορθμοῦ κάτοπτρον προῶν, uti diximus, litus sit trans Saronicum sinum conspicuum. De hac vocis προῶν significatione dictum est ad Pers. v. 129. Sed critici qui καί, quod est ante Σαρωνικοῦ, vel non animadverterunt adeo significare, vel non crederent, alii aliud coniecere. In proximo enim versu εἰτ' ἔσκηψεν, εἰτ' ἀφίκετο habent M. Farn. Rob. Turn. Vict. et, ut videtur, etiam Bess. Flor. εἰτ' ἔσκηψεν, εἰτ' ἀφίκετο G. Ald. Scaliger quid in mente habuerit, quum ὑπερβάλλων adscripsit, non exputo. Stanleii coniecturam, εἰτ' ἔσκηψεν, ἔς τ' ἀφίκετο recepit Porsonus. Schützius autem in minore editione posuit καί Σαρωνικοῦ πορθμοῦ κάτοπτρον προῶν ὑπερβάλλει πρόσσω φλέγουσα· καίτ' ἔσκηψεν, ἔς τ' ἀφίκετο Ἀραχναῖον αἶπος. Blomfieldius versum excidisse suspicatur. Wellauerus denique, quoniam σκήπτειν ubi hoc in loco invenitur, idem atque ἀφίκετο sit, εἶτα cum vi quadam repetitum putat, propter laetitiam, quod nuntius pervenerit iam ad eam stationem quae proxima sit aedibus Atridarum. At haec figura non solum ab ingenio Clytaemnestrae, superba cum gravitate loquentis, abhorret, sed etiam, si ea uti voluisset poeta, fecisset id in iis verbis quibus ad ipsam domum Atridarum accessio signi describitur. Nihil horum ferri potest, sed scribendum est ἔστ' ἔσκηψεν, εἰτ' ἀφίκετο Ἀραχναῖον αἶπος.



294. ἀστρυγείτονασκοπᾶς ad σ ab alia manu altero σ supra adscripto, M. ἀστρυγείτονας σκόπας G. Turn. ἀστρυγείτονα σκόπας Ald. ἀσιὺ γείτονας σκοπᾶς Rob.

295. ἐστόγε σκήπτει M. G. ἐς τόγε σκήπτει Rob. Turn. ἐπόγε σκήπτει Ald. ἐς τόδ' ἐνσκήπτει Bess. ἐς τόδε σκήπτει Flor. Farn. Vict.

Post hunc versum in M. G. et editionibus ante Victorianam statim sequitur v. 1026. Etenim in M. quaternio deest. Post v. 295. quo quaternio finitur, in M. recentior manus adscripsit *λείπει πολλά*. Robertolus defectum his verbis interpositis indicavit, *Hic videntur multa deesse*.

297. ἔτνμοι Flor. Vict. Quod coniectura assecuti sunt Stanleius et Heathius, ἔτοιμοι, habent Bess. Farn. Mirum est Porsonum cum Schütziō dedisse *τοιοῖδε τοῖ μοι*.

300. τοιοῦτον Flor. Farn. τοιοῦτοι Bess. τοιοῦτο Victorius.

302. Personae nota autē hunc versum in Bess. Flor. Farn. In Victoriana editione hic versus 302. Clytaemnestrae continuatur, proximo κλ. praefixum est, versui 305. ἄγγ. Tum versui 306. κλν. praefixum in Bess. Flor. Farn. Vict. Canterus versus 302—304. choro dedit, v. 305. nuntio, v. 306—335. Clytaemnestrae. Perfecit emendationem Stanleius.

304. Blomfieldius *διανεκῶς*, quia Moeris p. 129. *διανεκεῖ λόγῳ* ut Atticum ex Platone attulit. ὡς λέγοις Flor. Farn. Vict. Quod Blomfieldius ex coniectura posuit, ὡς λέγεις, habet Bess. Ὡς λέγοις πάλιν neque ut *dicas iterum* significare potest, quia sic inverteretur ordo sententiarum, neque nam *dicas iterum*, quia hoc genus iubendi, tertiae id personae proprium, obiter imperandi speciem habet, ideoque superbiae aliquid prae se fert, ut infra v. 911. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ', ἔπαί τις ἀρβύλας λῶσι τάχος. Non potest, quod Wellauero visum est, de confusione duarum locutionum cogitari, ut *θέλωμι' ἄν* et ad *ἀκοῦσαι κάποθ' ἀνωμάσαι* et ad *λέγοις πάλιν* referatur: neque enim integrae duae locutiones confundi in unam possunt. Recte Bothius οὖς λέγεις.

306. Non recte *βοῆν δ'* Auratus.

307. ἄλειφά τ' ἐγγέας Canterus. ἄλειφά τ' ἐχέας Flor. Farn. Vict. ἀλείφαι' ἐχέας Bess. Pearsonus, Schützius, alii ἄλειφάρ τ' ἐγγέας, quod Blomfieldius dubitabat an recipiendum esset, quia ἄλειφα Ionicum esse videretur. Nisi tamen etiam poeticum esse existimandum est. Antiquius altero putat Göttlingius ad Hes. Theog. v. 553.

308. Libri οὐ φίλω. Auratus adscriperat *διχοστατοῦντα οὐ φίλα*. Stanleius emendavit οὐ φίλω, quod receperat Schützius, Porsonus, Blomfieldius, quibus male contradixit Wellauerus. Tantum abest enim ut οὐ φίλω languidam repetitionem contineat, ut etiam gravius affirmet: quod contra οὐ φίλω *διχοστατοῦντα* frigidum est, quia hic dissidere inso-ciabilia, non quomodo dissiderent dicendum erat. Male autem in fine huius versus plene interpungebatur: nam *τέ*, quod post ὄζος est, non ad proxime sequens *τέ*, sed ad *καί* v. 309. referatur.

309. In Flor. δὲ post *ἀλόνητων* scriptum erat, sed deletum est.

310. ἔστιν Flor.

311. σιώμασι Bess. πεπιωκότων Auratus.

313. Libri παῖδες γερόντων. Quod Stanleius protulit, παῖδες, γέροντες, suffuratus est Aurato. In editionibus Victorii et Canteri iunguntur haec, φυταλμίων παῖδες γερόντων. In editione Stanleii aliisque virgula post φυταλμίων posita est, quod quum probabat disserens de ea voce Reisius in Enarr. ad Oed. Col. p. XLIX. neque cogitavit firmandam aliquo exemplo fuisse nomen hoc vi substantivi positum, neque ostendit cur hic omnino commemorentur senum corpora. Sed negligentius ille hos versus inspexerat, ut stratos alios super alios dici putaret, quos vivos amplexos esse corpora mortuorum narrat Aeschylus. Atqui mortui illi non sunt alii quam qui armis captis in hoste ab urbe defendendo ceciderant. Quorum in numero non apparet quomodo hic senes dici potuerint, quum quae praecedunt nomina non ipsorum aetatis diversitatem, sed varietatem necessitudinum indicent. Quare maritis fratribusque memoratis tertii adici patres debebant, quibus si est παῖδες additum, sponte patet ad cetera nomina similiter uxores sororesque debere intelligi. Itaque duarum sive rectius unius litterae mutatione τερόντων restituendum est. Sic Sophocles in Etym. M. p. 803, 5. προσῆλθε μητρὶ καὶ φυταλμίῳ πατρὶ.

315. νυκτίπλακτος Farn.

316. νῆστις Flor. Vict. νῆστισι Bess. νῆστεις Farn. quod coniecerat Pearsonus. Id recipiendum duxi ut maxime simplex.

319. οἰκήμασιν Farn. Vict. οἰκήμασι Bess. Flor.

320. νέουσιν Vict. ναίουσιν Bess. Flor. Farn. ut ex Aurati emendatione, quam tacens adscivit Stanleius, deinceps editum est.

321. ἀπαλαχθέντες Bess. Deinde libri ὡς δυσδαίμονες. Blomfieldius recepit quod Vossius, Stanleius, Musgravius coniecerunt ὡς δ' εὐδαίμονες. Alii alia coniecerunt. Mihi olim videbatur scribendum esse ὡς δὲ δαίμονες: cum diis enim comparantur quicumque vel sunt beati vel esse sibi videntur. Sed videtur tamen Schützius sententiam huius loci recte intellexisse. Is τῶν δ' ὑπαιθρίων corrigens servavit ὡς δυσδαίμονες, ut dicantur Graeci haud secus ac pauperes, quibus nihil est quod custodiant, incustoditam totam noctem dormire. Eandem sententiam ut efficerem, scripsi ὡς δ' ἀλήμονες. Incerta tamen res est. Fortasse Aeschylus scripsisse putandus est ὡς δ' ἀδείμονες, etsi non habeo huius vocabuli exemplum: sed huiusmodi formae rariores sunt, ut ἀχρήμων apud Euripidem Med. v. 461. et eadem comparatione qua δειμαίνω, ἀδείματος, ἀδειμος, ἀδείμων, etiam κυμαίνω, ἀκύματος, ἀκύνω, ἀκύνων dicuntur.

323. Libri εὐσεβοῦσι. Correxerit Valckenarius ad Phoen. v. 1331.

324. θεῶν τ' ἰδρύματι Bess.

325. οὐκ ἄν γ' ἐλόγτες Flor. Farn. Vict. οὐκ ἀνελόγτες Bess. Scripsi οὐτᾶν ἐλόγτες. V. Opusc. IV. p. 379. et 381. Deinde αὐθις

αὐθάνοιεν ἄν Flor. Farn. Vict. αὐθῆς ἄν θάνοιεν ἄν Bess. Duplici manu in excerptis Aurati scriptum ἀνθάλοιεν pro suo vendidit Stanleius recte scriptum ἀνθαλοῖεν. Recipere, pravo tamen accentu, Schützius et Porsonus. Blomfieldius ἀνθαλώεν, afferens Eustathium p. 1268, 26. et Choeroboscum in Etym. M. p. 73, 43. et Suidam, apud quem est ἀλώεν, ληφθεῖεν, πορθηθεῖεν, pro quo ἀλώεν scriptum in Bekkeri Anecd. p. 379, 17. contendensque ἀλώεν Atticum, ἀλοῖεν Homericum esse. Contraria Buttmani sententia est. Quam Blomfieldius analogiam affert, βιώην, δώην, συγγνώην, meam citans dissertationem de ellipsi p. 231. Buttmannique ad eam epimeton, ea certe non constans est. Quare ἀνθαλοῖεν servandum duxi.

326. πρῶτον solus Bess. Deinde ἐμπίπτει Bess. ἐμπίπτῃ, sed οἱ ad η supra adscripto, Flor. ἐμπίπτοι Farn. ἐμπίπτῃ Victorius. Metuendi verbum si intelligitur, recte se habet coniunctivus praesentis, quo tempore utitur Clytaemnestra, quod praesentia, non futura metuit.

327. πορθεῖν Bess. Farn. quod Blomfieldius recepit. πορθεῖν Vict. idque ex Flor. mihi notatum est. De delubris vastandis, quod placet Blomfieldio, vereor ut cogitaverit Aeschylus, quum incensa urbe etiam *fana flamma deflagrata, tosti alti stent parietes*. Illa potius in mente habuisse videtur, quae aliis modis impie aut crudeliter facta sunt, ut quod Cassandrae vim inferre, idque in templo Minervae, Aiax Oilei est conatus, quod Astyanax de turri deiectus, quod Polyxena Achilli immolata. Itaque πορθεῖν, sive id habeat Flor. sive felix error sit editionis Victorianae, verissimum esse videtur. Deinde τὰ pro ἅ Bess. et κέρδεσι Bess. Flor. sed κέρδεσιν Farn. Vict.

329. κάμψαι, superscripto ultimae litterae σ, Flor.

330. Θεοῖς δ' ἀναμπλάκῃτος Bess. Farn. Vict. Θεοῖς δ' ἄν ἀμπλάκῃτος Flor. Porsonus Θεοῖς δ' ἄν, ἀμπλάκῃτος. Canterus scribendum coniecit Θεοῖς δ' οὐκ ἀναμπλάκῃτος. Male Blomfieldius, servans ἀναμπλάκῃτος (sic ipse cum aliis popularium suorum scribit), sensum esse hunc vult, *quin etiam, si nullis erroribus actus redierit exercitus, diis tamen ira ob eos qui interierunt reviviscat, etiam si nihil novi acciderit*. At nusquam ἀμπλακεῖν significat erroribus agi vel vagari, sed plane ut ἀμαρτάνειν dicitur. Recte Stanleium coniecisse puto Θεοῖσι δ' ἀμπλάκῃτος. Hoc dicit Clytaemnestra, *sed si se adversum deos impiaverit exercitus, reviviscat occisorum vindicta, nisi etiam improvisa mala accedant*. Plato in Phaedro p. 242. D. καί πως ἐδυσωπούμην κατ' Ἴβνκον, μή τι παρὰ Θεοῖς ἀμπλακῶν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.

331. Libri ἐργίγορον. Adiectivum hoc, adnotatum ab Hesychio usurpatumque ab recentioribus, etsi Abreschius non male defendit simili adiectivo γεγωνός, tamen cum Porsono et Lobeckio ad Phryn. p. 119. aliisque apud Aeschylum cedere debere participio existimavi.

332. τύχη Farn.

333. *τοιμαῖά σοι* Farn. Deinde *κλύοις* Flor. Farn. Vict. *κλίεις* scribendum esse vidit Dobraeus Adv. II. p. 23. idque praebet Bess.

In hoc versu desinit Bess.

335. Libri *τὴν ὄνησιν*. Meam emendationem, *τὴν δ' ὄνησιν*, quae necessaria est, recepit Blomfieldius. *Bona*, inquit, *ut laud ambigue tincant*, hunc ego fructum nullae prosperitati praefero.

336—339. Hos quoque versus choro dedit Stanleius, quum antea nuntio essent tributi. Pro *εὐφρόνως* Spanhemius et Abreschius *ἐμφρόνως* scribi volebant. At *ἐμφρόνως* tragicis est mentis sanae compos, non insaniens aut ebrius aut animi deliquium passus. Neque hic prudentiam mulieris laudat chorus, sed quod, ut vir sapiens, moderate modesteque sentit.

338. Iungendum *προσειπεῖν εὖ*. Male putat Paleius *εὖ* in *αὖ* mutandum esse propter *αὖθις* v. 302.

339. Post hunc versum abit de scena Clytaemnestra.

340. Chori nomen praefixum in Flor. Farn. Vict. Godofredus Bernhardy in Syntaxi linguae Graecae p. 74. interpunctionem corrigi, i. e. minus plene v. 346. post *παναλώτον* interpungi voluit, ut efficeret, quod ipsi placuit, quo Pindarus et Sophocles non antiquo scilicet genere dicendi usi sint, ut vocativum in principio orationis ponerent ad quem nullum verbum referretur, non usum esse Aeschylum. Illud rectius quaeras, cur Aeschylus abhorruisse ab ea re censendus sit, quae non aevi ullius aut certorum hominum propria, sed communis omnium est atque in ipsa insita hominis natura. Exemplo si alio opus, vide v. 1436.

341. *τῶν μεγάλων* Farn. ex Triclinii imperitia.

345. Mire diversa sunt iudicia Schützii, qui *μέγα δουλείας* eiiciendum putabat, et Reisigii in Coni. p. 269. qui post haec verba excidisse *δειλαιότητος* opinabatur, quo antistrophas cum proodo efficeret, obsequiosum habens Ritschelium in Schedis criticis p. 39.

346. Recentiores cum Stanleio virgula distinxerunt post *γάγγαμον*, ut in appositione esset *ἄτης παναλώτον*. Mihi neque Stanleii ratio, neque si *δουλείας* pro adiectivo sit, tam videtur dictioni poeticae conveniens esse, quam ut alter genitivus ex altero pendeat, sensusque sit *μέγα γάγγαμον ἄτης παναλώτον τῆς δουλείας*. Stanleius ad Prom. v. 1077. et Pearsonus scribendum coniecerunt *πανάλωτον*. Pollux X. 132. *γάγγαμον, ἀφ' οὗ καὶ Αἰσχύλος τὸ δύσλυτον κακὸν ἢ δυσέλικτον ἔφη "γάγγαμον ἄτης παναλώτον."*

348. 349. Interpungebatur *τὸν τάδε πράξαντι ἐπ' Ἀλεξάνδρω, τείνοντα*. Correctum a me et a Blomfieldio. Auratus *τείνοντα*, quod non recte recepit Blomfieldius. Tentum diu in Alexandrum habens arcum perfecit illa Iuppiter. Haesitatum est etiam in *ὅπως ἄν*, quod visum est sine *ἄν* dici debuisse. At ut rarius ita loquantur Attici, recte tamen optativo iunguntur hae particulae: v. de particula *ἄν* III. 4. Nec si quis *ὅπως ἄν* hic *eo modo* quo interpretari malit, quicquam obstat.

350. Aurati coniectura est *ὑπέραστρον*. Frustra haec verba *ὑπὲρ ἄστρον* torserunt Blomfieldium. Recte vidit Stanleius explicanda esse ex proverbio *εἰς οὐρανὸν τοξεύειν*, de quo Zenobius III. 46. *ἐπὶ τῶν διακενῆς πορούντων*, Suidas VI. 14. *ἐπὶ τῶν διακενῆς κατ' αὐθάδειάν τι ποιούντων*, Apostolius VII. 74. *ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων, καὶ διακενῆς πορούντων*. Ex Aeschyli loco intelligitur proprie significari nimis longe iaculantes.

351. Innocenti spondeo territi Porsonus et Burgesius vix credibilia tentarunt. Ea qui cupit cognoscere, petat a Blomfieldio.

352. *ἔχουσ' Vict.* Quod Stanleius scribendum esse vidit, *ἔχουσι*, inventum est in Farn. Ex Flor. *ἔχουσαν* assertur, sed mihi notatum est *ἔχουσι* esse in eo codice, ita tamen ut *σι* a correctore scriptum sit. Dictionis numerorumque concinnitate contempta Blomfieldius *Διὸς πλάγαν ἔχουσι*. *εἰπεῖν πάρεστι τοῦτο κάξιγγεῦσαι*. Nec melius Boissonadus *εἰπεῖν πάρεστι, τοῦτό τ' ἔξιγγεῦσαι*.

353. *τοῦτό γ' ἔξιγγεῦσαι Farn. Vict.* *τοῦτ' ἔξιγγεῦσαι Flor.*

354. Libri *ὡς ἔπραξεν, ὡς ἔκραεν*. Meo monitu prius *ὡς* delevit Blomfieldius. Scribendum vero erat *ἔπραξαν ὡς ἔκραεν*. Alioqui dixisset *ἔκραεν ὡς ἔκραεν*. Vidit hoc etiam Franzius.

355. Rarior usus medii *ἄξιοῦσθαι*, quod significat *se* aliquid dignum iudicare. Sic in Eum. v. 417. *φρονεὲς γὰρ εἶναι μητρὸς ἤξιόσαστο*. Diagoram Melium his versibus tangi ratus Blomfieldius in glossario de tempore, quo ille vixerit, disseruit. Eum ut respexerit Aeschylus, certe propterea captavit istam ambiguitatem, quia hic proprie non Diagoram, sed Priamum intelligi volebat.

358—363. Libri *πέφραται δ' ἐγγόνους ἀτολμήτων ἄρη πνεόντων μελζον ἢ δικαίως, φλέοντων δωμάτων ὑπέρσεν ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. ἔστω δ' ἀπήμυτον*. Pravas scripturas peius interpretatus est scholiastes. *ἐγγόνους* ut Flor. Vict. etiam Farn. habet, sed *x* ad prius *γ* supra adscriptum est. In Flor. ad *φλέοντων* supra adscriptum est *φλαρούντων*. Stanleius *ἐγγόνους ἀτόλμητον* scribendum esse coniecit, ad sensum bene, non item ad metrum. Boissonadus edidit *πέφραται δ' ἐκ γένους ἀτολμήτων*, volens ὧν intelligi, cetera ut vulgo. Sequebatur enim Blomfieldium *πέφραται δ' ἔχγονος ἀτολμήτων* scribentem, ut haec in atheum dicerentur. Quid vero? Num Diagoras, si de hoc cogitavit, a Priamo Troianisve duxit originem? An, si Paris est qui deos malefacta non punire putavit, hunc filium repertum esse Priami dixisset Aeschylus? Quis id nesciebat? aut quid id, si quis nesciret, hic ad rem? Cetera quae Blomfieldius attulit, posita plena interpunctione post *δικαίως* sic scribendum putans, *φλέοντων δωμάτων ὑπέρσεν, ὑπὲρ τὸ βέλτιστόν ἐστ', οὐδ' ἀπήμυτον*, eo minus opus est refutari quia ne ipsi quidem valde placerunt. Aliquid horum emendavi in interpretatione Humboldti, sed ut mihi non satisfecerim. Scribendum

*πέφραται δ' ἐγγόνους*



... mente haben  
... uittiter maiorem quam fas era  
... opibus domo: quod est quidem  
... mine. Ἀτολήτως scribendum

www.libtool.com.cn

363. ὥστ' ἀπαρκεῖν Flor.  
καὶ ἀπαρκεῖν, ita ut satis sit. S.  
364. Non opus esse Schützi:  
ignotum est.

367. ἐκλακτίσαντι μεγάλα,  
Farn. λακτίσαντι μεγάλα Flor. Vi  
tem coniungendum esse οὐ γὰρ ἐστ

369. Male haec a multis intelli  
perniciem ruat, *audax suada*, consi  
semel admitta culpa suadet opus p  
quod iniuria possidetur, subministratq  
ad ea quae proxime praegressa sunt, ο  
ἐπαλξιν πλούτου quaerit.

370. Post ἄτας commate distinxi  
esset construereturque cum βιάται. Re  
accepit, quem necessario requirit προβο

371. ἄχος δὲ παμμάταιον οὐκ  
Correxit interpunctionem Schützius. τ  
ταιον Meinekii ad Euphorionem p. 18:  
Musgravius. Recte fortasse.

372. Victorius distinxit πρόπει δὲ φ  
Schützius φῶς. Auratus σέλας pro σίνος.  
est, quam rectius ad φῶς referas. Non  
Troiae neque ignes in montibus accensos, ο  
quemquam potuisse, sed hic sensus est. non  
*spicua est lux triste lucen-*  
tur eventus

Blomfieldius. Eius hic haec vis est, ut inania sperasse dicatur Paris, quum se bello victorem fore credidit. *πιανὸν ὄρνιν* Flor. Vict. *πιανόν τιν' ὄρνιν* ex mala Triclinii coniectura Farn. Emendatio debetur Schützio.

378. *ἄφερτον θεῖς* Flor.

380. *Ἐπίστροφον τῶνδε* active dicit auctorem qui intulit urbi illud *ἄφερτον πρόστριμμα*. Blomfieldius quum *τούτων* contra libros edidit, non cogitavit recte se habere syllabam ancipitem, diverso genere numeri sequente.

383. *εἰς δόμον* Flor. Vict. *εἰς οἶκον* Farn. *τῶν* Flor. Vict. *τὸν* Farn. ut Canterus scribendum esse vidit.

384. *τὴν ξενίαν* Farn.

385. *κλοπαῖσι*, ut Stanleius scribendum vidit, Farn. *κλοπαῖς* Flor. Vict.

387. Non eleganter hic *τέ* positum est. Videtur Aeschylus scripsisse *ἀσπίστοράς τε καὶ λογχίμους κλόνοις ναυβάτας ὃ' ὄπλισμούςς*.

388. Blomfieldio placuit *Ἰλίον* scribere, etsi libri *ἰλίω* habent.

389. *βέβακεν* Farn. Vict. Blomfieldius cum Porsono *βέβακε*, quod est in Flor. Recte opinor. Nam hoc genus metri, quod ferebam in Elem. doct. metr. p. 230. nec per se apte compositum nec firmatum idoneis exemplis est. Neque perite *ν* paragogicum adiecit Triclinius.

390. *πολὺ δ' ἀνέστενον* Flor. *πολὺ δ' ἔστενον* Vict. Quod Pauwius coniecerat, *πολλὰ δ' ἔστενον*, inventum est in Farn.

391. Recte Blomfieldius cum Butlero *τάδ'*. Et iam in Aurati excerptis est *τάδ' vel τόνδ'*. Flor. Vict. *τόδ'*, idemque esse putandum est *τό δ'*, quod cum glossa *ἤγουν τὸ γεγονός* Farn. habet. Stanleius sen verius Auratus coniecerat *τόνδ' ἐννέποντες δόμον προφῆται*. Ac frigidum illud *δόμον* recepit Blomfieldius. Nihil mutandum esse vel *στρατόμαντις* v. 118. potuerat ostendere.

392. *ἰὸ δῶμα καὶ πρόμοι* Flor.

394. 395. *πᾶρεστι σιγᾶς ἄτιμος ἀλοιδόρος ἄδιστος ἀφειμένων ἰδεῖν* Flor. Farn. et Vict. nisi quod is *σιγᾶς* edidit. Auratus *σιγῶς*. Non adeo conclamatus hic locus est quam visum est criticis, non recte ille aut a me libro III. de metris p. 432. atque in interpretatione Humholdti, aut ab Oréllio ad Isocr. p. 370. aut a Tafelio in programme Tubingae a. 1828. edito tentatus. Omnium minime admitti potest, quod audacissima coniectura posuit Boissonadus, *πᾶρεστι σιγαῖς, ἄτιμος, ἀλοιδόρος, ἄδιστος, αὐ σφε μένων ἰδεῖν*, quod significare vult *blandissimus, illamque venturam adhuc exspectans*. Scribendum erat

*πᾶρεστι σιγᾶς ἄτιμους ἀλοιδόρους*

*αἰσχιστ' ἀφειμένων ἰδεῖν,*

*licet videre silentia sine honore, sine vituperatione turpissime desertorum. Αφειμένα* sunt haec ipsa, quae turpiter missa fecit Helena, domum, lorum, maritum. Eo significato Euripides Or. v. 379. *κράτιστον*

εικῆ ταῦτ' εἶν ἀφειμένα. Et Sophocles Ant. v. 1165. καὶ νῦν ἀφί-  
ται πάντα.

396. ὑπερποντίας, ut Stanleius sive potius Auratus scribendum  
vidit, Farn. ὑπέρ ποντίας Flor. Vict.

397. Auratus ἀναζί, unde Stanleius malle se dixit ἀναξιν.

398. εὐμόρφων δὲ Flor. εὐμόρφων γὰρ Farn. Vict. Aurati δ' αὖ  
suum fecit Stanleius. Κολοσσοί sunt columnae in domo et fortasse etiam  
statae, sed non Helenae.

399. Aurato duce Stanleius coniecit ἔρρεται, male. ἀνδρί, ut  
Pauwius scribendum vidit, Flor. τάνδρί Farn. Vict.

400. Ἀχηρία invenitur etiam in Choeph. v. 298. eī in versu quem  
ex Aristophanis Amphiarao Suidas in hac voce habet, quae exempla cum  
grammaticorum adnotationibus, non omnibus tamen, attulit in glossario  
Blomfieldius. Falli eos qui ab ἔχειν derivant, in quibus est Proclus in  
Bekkeri Anecd. p. 1163. cui restituit ἀχῆνας Meinekius ad Theocr. XVI.  
33. ostendunt ἡχῆνες Hesychii et ἡχάνω, quod ἡχαίνω scribendum,  
Suidae. Hinc non est quod quis cum Emperio ἀχηρίαν prima syllaba  
longa dictum credat, pro quo ille non sublato, quod tollere volebat, men-  
surae vitio ἀγληνίαις scribendum esse conieciat. Koppiersius quod in  
Obs. phil. p. 67. sibi monstratum dixit oraculum apud Eusebium, in quo  
vox ista reponenda videretur, monstratum fuit a Valckenario, ut ex adno-  
tatione ad Hesychii ἀχῆνες manu eius adscripta colligo, ubi oraculum  
memoravit apud Eusebium Praep. eu. p. 215. ed. Col. v. 23. in Ἀχαιοῖς,  
ut videtur, latere eam opinatus. Eleganter, sed iusto doctius Schützius  
ὀμμιμάτων ἀχηρίας de oculis statuarum hiantibus nec videntium speciem  
clare prae se ferentibus interpretabatur. Simplicius est dici adspectu  
Helenae deficere omnem voluptatem cessare.

401. ἀσφοδίτη Flor.

403. Libri πάρεσι δόξαι, praeter Flor. ex quo adnotatum habeo  
πάρεσι. Non fecit hic Aeschylus dochmiacum, qualem putabat Wel-  
lauerus, πάρεσιν δόξαι. Apud Hesychium legitur δόκαί, ἐνέδραι, πα-  
ραιτηρήσεις, et δόκην, δόκῃσιν, δοχήν. Inde ad interpretationem Hum-  
boldti et in El. doctr. metr. p. 256. corrigebam πάρεσιν δόκαι. Blom-  
fieldius, cui haec vox aliud quam δόκῃσιν significare visa est, non videtur  
inspexisse quae Hesychii interpretes attulerunt. Arcadius p. 106, 14.  
τὰ εἰς κη λαμβικὰ ἀσυνάλειπτα, εἰ μὲν τῷ ο παραλήγοιτο, ὀξύνεται  
ῥηματικά ὄντα, πλέκω πλοκή, δέκω δοκή, ἢ ἐπόνοια, πέκω ποκή,  
τὸ ἔριον. τὸ μέντοι κρόκη ἀπὸ τοῦ κρόκος. Recte hic quidem de ac-  
centu, quum insidiae significantur. Videtur autem scripsisse δοκή, ἢ  
δοχή, δόκη δὲ ἢ ἐπόνοια. Nam quam adiecit interpretationem, ἢ ἐπό-  
νοια, ea pertinet ad δόκη, quemadmodum apud Hesychium et Favorinum  
scriptum est, quae vox non a δέκω, sed a δόκος facta est, quo vocabulo,  
quod eundem significatum habet, usi sunt Xenophanes in verbis, quae  
multi veterum memoravere, δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται (p. 61. Brandisii



commentationum Eleaticarum partis I.) et Callimachus fr. 100. apud quem negligenter ex Eustathio p. 1627, 43. 1761, 34. editum est τῷ γ' ἐμῷ δοκῶ. Nam ipse Eustathius p. 1967, 25. monet δόκος μὲν, δόκησις καὶ ἀγγόνη· δοκὸς δέ, ὃ τῆς στέγης. Apud Hesychium tamen legitur δοκόν, τὴν ἀγγόνην. Aliud eiusdem potestatis vocabulum est δοκῶ, quo est Euripides usus. Cum Aeschyli verbis comparari potest δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων ὀνείρων in Euripidis Herc. fur. v. 111.

404. Interpungebatur, μάταν γὰρ εὐτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὄραῖν, παραλλάξασα διὰ χειρῶν, βέβακεν ὄψις. Reisigius in comm. crit. ad Oed. Col. p. 375. coniciebat εὐτ' ἂν γ' ἐσθλά τις δοκῶν ὄραῖν. Wellauerus, ut εὐτ' ἂν cum participio constructum defenderet, Lobeckium ad Soph. Ai. v. 882. me ad eiusdem fabulae v. 179. Seidlerum ad Eur. El. v. 533. auctores nominavit. Meam et Lobeckii adnotationem si attentius inspexisset, contrarium ibi doceri vidisset. Putabam ego quidem in adnotationibus ad Vigerum p. 832. εἰ cum participio construi, sed nec recte satis neque explicate de ea ratione ibi expositum est. *Ei* similesque particulas ita cum participio consociari, ut id participium pro verbo recto sit, negandum esse arbitror. Xenophontis locum Mem. Socr. II. 6, 25. recte interpretando removit Bornemannus. Platonis verba in Phaedro p. 260. D. quae Schaeferus in Seidleri ad Electram adnotatione adscripsit, iam sunt e codicibus emendata. Apud Pindarum Ol. II. 102. quod legitur, εἰ δέ μιν ἔχων τις, οἶδεν τὸ μέλλον, quum sententiae quoque per-versitatem aliquam contineat, sic dictum esse, ut *ei* sit cum οἶδεν constructum, in adnotationibus monui: nisi quis putabit scripsisse Pindarum εὐτ' ἂν γ' ἐσθλά τις δοκῶν ὄραῖν. Id vero recte fieri posse videtur, ut omisso verbi ἐστί participium cum *ei* coniungatur: quam rationem patet ibi modo posse admitti, ubi liceat pro simplice verbo participium cum verbo auxiliari ponere, id est ubi non facere quis aliquid, sed esse talis, qui faciat, dicatur. Hoc si verum est, recte scripsisse putabimus Euripidem in Electra

οὐκ ἔστιν, εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολῶν,  
κερκίδος ὄτω γνώης ἂν ἐξύφρασμα σῆς;

Idemque statuendum erit necessario de hoc Platonis loco in Phaedone p. 87. B. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ ὁμοίως λέγεσθαι ταῦτα, ὡς περ ἂν τις περὶ ἀνθρώπου ὑφάντου πρεσβύτου ἀποθανόντος λέγοι τοῦτον τὸν λόγον, ὅτι οὐκ ἀπόλωλεν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔστι που ἴσως, τεκμήριον δὲ παρέχοιτο θοιμάτιον ὃ ἡμπεύχεται αὐτὸς ὑφηνάμενος, ὅτι ἔστι σῶν καὶ οὐκ ἀπόλωλε, καὶ εἰ τις ἀπιστῶν αὐτῷ, ἀνρωτῶν πότερον πολυχρονιώτερόν ἐστι τὸ γένος ἀνθρώπου ἢ ἱματίου ἐν χρεῖα τε ὄντος καὶ φορουμένου, ἀποκριναμένου δὲ τινος ὅτι πολὺ τὸ τοῦ ἀνθρώπου, οἷοιτο ἀποδεδεῖσθαι ὅτι παντὸς ἄρα μᾶλλον ὃ γε ἄνθρωπος σῶς ἐστίν, ἐπειδὴ τὸ γε ὀλιγοχρονιώτερον οὐκ ἀπόλωλε. Quo in loco qui Heindorfio auctore contra libros omnes ἀπιστοῖ ediderant, non videntur reputasse, si id scripsisset Plato, paullo post eum ἀποκρινα-

magis cum participio construc  
κεν. Itaque quum ὄρᾱν, pro  
aptum sit, ne idem verbum re  
oratio esset εὐτ' ἂν ἐσθλά τι  
aulem μάταν cum βέβακεν. N  
vanum abiit elapsum e manibi  
cum somno. Placuit haec ratio e

405. Libri παραλλάξασα.  
Hipp. v. 934. σοὶ γὰρ ἐκπλήσσοι  
φρενῶν. Hic tamen interpretis e  
versum dictum est. Scribendum es

407. Libri πτεροῖς ὀπαδοῖ  
πτεροῖς οὐ μεθύστερον ὀπαδοῖς  
ganter collocata sunt verba, nequ  
inest notio. Quod virum doctum co  
δός, male enotavit Aurati coniectura  
fieldius, Vossio tribuens, πτεροῦσσ' e  
quidem multo ante, quam ista mihi  
innotuerat, πτεροῦσσ' ὀπαδοῦσ' ὑπ.  
His verbis finitur oratio vatum.

408. 409. Libri ἐφ' ἐστίας. V  
Stanleius ἐφρεστίους. Sic etiam Abresch  
Id recepit Blomfieldius, sed cum Aurat  
inclusit. Potuit hic ἐφρεστίους scribi, e  
quamquam non falsum est ἐφ' ἐστίας.  
neque Abreschius nec Blomfieldius vidit.  
que sua et propria est. Vulgatum τὰ μέ  
τάδ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ὑπερβαταίτες  
p. 26. recte vidit sic

τλησικάρδιος non aptum videretur, ita coniecero. Sed sicut ταλαίφρων saepe miserum significat, recte etiam πένθεια potuit τλησικάρδιος dici.

412. Auratus δόμοις, quod in minore editione posuit Schützius. Scholiastes haec sic explicat, τῶν συνηγμένων ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀπάντων ἐκάστου τοῖς οἴκοις ὀδυνηρὰ πένθησις διαπρέπει. Non collegimus hinc legisse eum συνορμένων et δόμοις. In Farn. ad δόμων glossa τῶν οἴκων adscripta est.

414. οὓς μὲν γὰρ τις Porsonus. Libri οὓς μὲν γὰρ, unde in Farn. interpretatio ὁ δόμος adscripta est. Deinde πέμψεν Farn.

415. ἀντὶ δὲ βροτιῶν Farn.

416. 417. εἰς ἐκάστου τοῦς δόμους εἰσαφικνεῖται Vict. τοῦς omittit Flor. πρὸς ἐκάστου τοῦς δόμους εἰσαφικνεῖται Farn. Emendatum a me libro III. de metris p. 432. et a Porsono.

421. Schützii coniecturam, βραχύ, recepit Blomfieldius. Et est ea sane veri simillima.

423. 424. γεμίζων λέβητας εὐθέτου Flor. γεμίζων τοῦς λέβητας εὐθέτου Farn. Vict. εὐθέτους Aurati emendatio est. Quod coniecero scribendum esse γεμίζον, ut ψῆγμα σποδοῦ coniungeretur, propterea improbavit Blomfieldius, quia hoc verbum non de re, quae aliquid impleret, diceretur. Recte fortasse: etsi non apparet cur vinum calicem non vino implere dicatur. Certe non opus est ut γεμίζων mutetur, modo post δυσδάκρυτον cum Blomfieldio virgula ponatur.

428. διὰ Flor. Vict. γε διὰ Farn. διαι a me de metris libro III. p. 348. deinde ab aliis restitutum est. Atque ita legitur in Crameri Anecd. Oxon. I. p. 119, 13. καὶ ἐν Ἀγαμέμνονι “ἀλλοτρίως διαι γυναικός,” ἀντὶ τοῦ ἔνεκα.

429. Libri τάδε. At quanam sunt illa? Male profecto Schützius et hoc ipsum multi sunt qui tacite mussitent. Immo scribendum est τὰ δέ, quod iungendum praecedentibus, τὸν μὲν λέγουσιν ὡς μάχης ἴδρις, τὸν δὲ ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντα, τὰ δὲ σιγὰ τις βαῦξει, alia tacite quis mussitat, non suscipiendum scilicet bellum fuisse propter mulierem adulteram. Flor. σιγᾶ τίς.

431. προδίκους Farn. προδίκουσιν Flor. Vict.

434. 435. εὐμορφοι Flor. Vict. εὐμόρφως Farn. Plane otiosum ratus εὐμορφοι Blomfieldius scribendum putabat εὐμόρφους. Profecto, si, ut Schützius, formosi interpretere, nescias quid de poeta statuas. Venustius Valckenarius in exemplo quod possideo adscripsit ἰ. εὐμορφοι. Id scribendum esset εὐμοιρφοι. Sed obstare videntur sequentia verba: neque enim felices praedicandi sunt qui non in patrio solo sunt sepulti. Non sollicitem ego quidem vulgatam scripturam. Nam εὐμορφος non semper proprie dicitur, sed refertur etiam ad alia quae laudabilia vel ornata sunt. In Choeph. v. 484. ὦ Περσέφρασσα, δὸς δὲ γ' εὐμορφον κράτος. Et in Cyclope Euripidis v. 317. τὰ δ' ἄλλα κόμπου καὶ λόγων εὐμορφῆται. Itaque intelligendum esse videtur decori. Paleius non combustos, sed

*integro corpore* interpretatur, oppositos cineri combustorum, sententia bona, sed ut scribi debeat ἔμμορφοι. Deinde ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρουψεν Flor. Vict. ἐχθρῶν δ' ἔχοντας ἔκρουψεν Farn. Orellius ad Isocr. p. 371. ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρουψεν. Melius Auratus aliique ἐλόοντας. Sed recte se habet ἔχοντας, quod propter praegressum κατέχοι dictum, etsi, ut vere animadvertit Blomfieldius, ad θήκας refertur, tamen sic est dictum, ut simul compotitos terrae illius significet.

436. Libri σύν.

437. δημοκράντου Porsonus. Libri δημοκράτου. Ambigua est sententia. Aut hoc dicit, *decretae a populo imprecationi persolvit iracundus rumor debitum*, h. e. punit auctores multarum caedium, aut hoc, *iratus populi rumor persolvit debitam populi imprecationem*. Hoc probem.

438. τί μου Flor. τι μοῦ Farn. Vict.

441. 442. ἀπόσκοποι Flor. κελαιναὶ δ' οὖν ἐριννύες Farn. Vict. κελαιναὶ δ' ἐριννύες Flor. quem recte secutus est Blomfieldius.

444. παλιντυχῆ Flor. Vict. παλιντυχῆ, cum gl. ἐναντία δευτερχεῖ, Farn. παλιντυχεῖ Scaliger et in Excerptis Grotius, indeque alii.

445. Ambigue dicit αἴστους, quamquam ipse de mortuis cogitans.

447. Libri ὑπερκότως. Glossa codicis Farn. ἤγουν τὸ λίαν, ἀπλῶς. Grotius, Vossius, Pearsonus, Heathius ὑπερκόπως, quod recte recepit Blomfieldius, qui tamen eo progreditur, ut ὑπερκότως nullius auctoritatis vocem esse dicat. Eius parum firmam disputationem v. ad Sept. c. Theb. v. 387. Assentiri tamen videtur Aug. Matthiae ad Eur. Herc. fur. v. 1059. ubi cur convenientissimum ὑπερκότως, vocabulum recte compositum, damnandum sit, non magis perspicio, quam quomodo πάγας ὑπερκόπους in Agam. v. 789. praestet vulgato ὑπερκότους. Temere itidem damnatum ὑπέροκοπος a metro praesidium habet in versibus Menandri apud Strabonem X. p. 452. Hic quidem, ubi de sola immodica felicitate sermo est, praeserendum erat ὑπερκόπως. Choeph. v. 129. οἱ δ' ὑπερκόπως ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα. Sept. c. Theb. v. 435. πρὶν ἐμὸν ἐσθορεῖν δόμον, πωλικῶν θ' ἐδωλίων μ' ὑπερκόπω δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.

448. Ὅσοις ita addit ut lumine oculorum et luce vitae privatos dicat: referuntur enim haec ad τιθεῖσ' ἀμυρόν et ἐν αἴστοις τελέθοντος. Mira est Lobeckii coniectura in Aiacis ed. sec. p. 344. βάλλεται γὰρ Ὅσσα Διόθεν κεραινός.

451. μήτ' Farn. Vict. μή δ' Flor. quo etsi melius connecti sententiae videri possunt, tamen hoc in genere dicendi, quo praegressa sententia aliis verbis explicatur, omitti solet copula. Pro πτολιπόρθης, quod libri habent, Blomfieldius scripsit πτολιπόρθος. Mihi quidem de industria Aeschylus ea forma usus esse videtur quae substantivi potius quam adiectivi speciem praeberet.

453. Invenustissime Valckenarius coniciebat *κατέδοιμι*.

454. O. Müllerus in Notitiis litterariis Gottingensibus a. 1834. n. 198.

199. non se videre ait quomodo hi versus epodus esse possint, quum epodi sit comprehendere summam eorum quae praegressa sint atque ita efficere ut iusto fine carmen lyricum ut totum quid absolvatur. Praeterea etiam numeros plane diversos esse. Itaque haec esse commatica, quae ita distinguit, *A. πυρός* v. 454. *B. τίς ᾠδε* v. 458. *Γ. πιθανός* v. 464. Epodi notionem, quam sibi ipse finxit Müllerus, antiquis ignotam fuisse vel lyricorum carmina ostendunt. Res haec mere metrica et musica est. Et hanc quidem vere epodum esse praegressi carminis etiam ipsi docent numeri, qui ab initio iidem sunt cum praegressis numeris. Illa autem diversitas, qua pro argumento utitur Müllerus, etiam aliis in epodis est, quas certo nemo negare potest epodos esse. Sed commatica haec esse recte vidit, etsi nec distribuisset recte videtur, et rationem rei plane falsam est commentus. Putat enim, quia v. 573. multis in urbe locis sacra fieri atque *ὄλολυγμὸν* tolli Clytaemnestra iusserit, eum *ὄλολυγμὸν* nunc ex propinquo audire chorum, eaque re tantopere commoveri. Immo contrarium in mente habuit Aeschylus. Laeto nuntio accepto facile omnium animi eriguntur ad gaudendum: sed mox, praesertim tali nuntio accepto qui facile fallere potuerit, alius atque alius dubitare incipiunt. Id in hac epodo egregie expressit poeta, quum praesertim veri simile esset suspicionem aliquam fraudis nasci, quia parum sincero animo esse Clytaemnestram novit chorus. Eam putandum est, dum epodus canitur, rursum ad aras accessisse, finita epodo autem reverti ad chorum. Canere autem videntur non tres, ut Müllerus, *ζυγὸν* in mente habens, putabat, sed quattuor, tacente *μέσῳ ἀριστεροῦ*, coryphaeo.

455. *τὴν πόλιν* Farn. Vict. Delevit articulum Porsonus, omissum etiam in Flor.

456. Libri *ἐτητύμως*. Aurati emendatio est *ἐτήτυμος*, ex libro Bigotiano a Blomfieldio recepta.

457. *τίς οἶδεν· ἢ τοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος* Vict. et sic Farn. nisi quod post *οἶδεν* non interpunctum est. *ἢ, τοι*, sed ad priorem syllabam supra scripto *ει*, Flor. Idem *ἐστὶν* habet. Stanleyus scribendum coniecit *εἰ τοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος*. Schneidewinus ad Ibycum p. 213. male *εἴτε*. O. Müllerus *τίς οἶδεν, ἢ τοι θεῖόν ἐστιν ἢ ψύθος*, neque oratione iusta, nec metro puris iambis incedente, ex quibus vix dubitari potest quin hic versus constiterit, nec sententia apta. Nimis enim rude convicium est *ψύθος*, si ita dicitur. Nihil nisi aut errorem aut divinitus falsam speciem commemorari decebat. Itaque scribendum erat

*εἰ δ' ἐτήτυμος,*

*τίς οἶδεν; εἴ τι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος.*

*verane, quis scit? nisi divina aliqua fraus est.*

459. Libri *παρωγγέλμασι*. Metro prospexit Porsonus.

460. *καρδίω, ἔπει | ἔπει* Flor.

461. λόγους Flor. Vict. Quod Schützius et Wakefieldius in Silva crit. V. p. 83. reponendum viderunt, λόγον, exhibet Farn.

462. ἐν γυναικὸς libri. Recte ἐν deleuit Porsonus. Blomfieldius, cui γυναικὸς αἰχμιά hic et in Choeph. v. 620. indolem femineam, non imperium significare videbatur, merito notam subiit Wellaueri.

464. Blomfieldius dubitabat an ἔρος scribendum esset. Sed tamen ipse memoravit v. 1113. quamquam id proprie intelligi potest,  
πόθεν ὄρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ  
κακορρήμονας;

Verum hic ὄρος est decretum, referturque ad sacrificia Clytaemnestrae iussu per urbem instituta. Alio modo determinationem significat ὄρος in his Euripidis Phoen. v. 1263.

ἄκραν τε λαμπάδ', ἣ δυοῖν ὄρους ἔχει,  
νίκης τε σῆμα καὶ τὰ τῶν ἠσσωμένων.

466. Quod Vrsinus in Virgilio cum Graecis scriptoribus collato p. 343. posuit, γυναικογήρυτον, habent Flor. et Farn. ἦτοι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν γυναικῶν glossa in Farn. γυναικοκήρυκτον ex coniectura Vict.

467. εἰσόμειθα Flor. Clytaemnestrae nomen huic versui praefixum in Flor. Farn. Vict. Recte Wellauerus, nesciens eandem Scaligeri fuisse sententiam, hanc choragi orationem esse iudicavit, quoniam per totam scenam non loqueretur Clytaemnestra, chorique esse soleret advenientes primo conspiceret. Dicit haec coryphaeus medius stans inter quattuor illos quorum dicta epodus continet.

469. Cohaerent ὀνειράτων δίκην ἔλθὸν τεργνόν, somniorum ritu veniens ut oblectaret.

470. Libri ἐφ' ἤλωσε. Emendavit Porsonus.

473. Hesychius διψία κόμισ, ξηρά. V. Soph. Ant. v. 429.

474. ὦς Flor. Deinde libri οὔτε σοι δαίτων γλόγα. Sed ineptum est σοί. Scribendum οὔτε τον.

475. Ἄχνη de fumo ab Aeschylō dictum (fr. 426.) apertum est non posse ad hunc locum referri, quae Alberti suspicio erat ad Hesychium in v. ἄχνη.

478. προσθήκει Farn. In eodem ad πέλοι duae adscriptae glossae, ἄν, et ὑπάρχει.

479. Chori nomen huic versui in Flor. Farn. Vict. praefixum, ut v. 467. Clytaemnestrae, deleuit Scaliger. Dicit haec chorus de Clytaemnestra cogitans. Rectius autem posita essent verba sic, τὰδ' ὄστις.

481. Praeconis nomen, in Vict. omissum, apposuit Canterus. Habent illud Flor. Farn.

489. Libri ἦλθεσ ἀνάριστος, nisi quod ἦλθ', superscripto ες, Flor. Fuere qui ad puerile traiectionis auxilium confugerent, quos notavi Opuse. III. p. 105. Blomfieldius ex margine Askewiana recepit ἦσθ', in quo nihil est quod quis reprehendat, modo appareret unde ἦλθεσ in libros



venisset. Apparet vero, si, cuius illud interpretatio est, ἦσθ' scribitur. Non recordabatur huius loci vir egregius, cuius huius quoque formae investigationem debemus, P. Elmsleius in censura meae Euripidis Supplicum editionis ad v. 752. in Diario classico part. XVII. p. 51. seq. ubi Platoni in Euthyphr. p. 4. B. reddendum monuit ἐπέξῃσθα. Vulgo ibi ἐπέξίησθα, codices fere ἐπέξῃσθα, ut διῃσθα in Timaeo p. 26. C. quod διῃσθα scribendum esse videtur.

490. καὶ παγώνιος Flor. κάπαγώνιος Farn. Vict. Κάπαγώνιος Aurati et Heathius putabant καὶ επαγώνιος esse. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 1161. κάναγώνιος legi malebat. Dii ἀγώνιοι vel ἐναγώνιοι proprie sunt gubernatores certaminum, ut Mercurius apud Aristophanem: qui quoniam -ideo potissimum invocantur, ut victoriam praebeant, Latine victores dici possunt. Sophocles Trach. v. 26. τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς. Plato de leg. VI. p. 783. A. ἂ δὲ δειτρία νοσήματα τρέπονται εἰς τὸ βέλτιστον παρὰ τὸ λεγόμενον ἡδιστον τρισὶ μὲν τοῖς μεγίστοις πειρᾶσθαι κατέχειν, φέβω καὶ νόμῳ καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ· προσχρωμένους μέντοι Μοῦσαις τε καὶ ἀγώνιοις θεοῖς, σβεννόντων τὴν αὔξην τε καὶ ἐπιρροήν. Sed quid ista significatio ad hunc Aeschyli locum, in quo neque ut tributam victoriam invocatur Apollo, neque ob tributam gratiae aguntur? Scholiastes ἀπαγώνιος intellexit, quod interpretatur ἀπόμαχος. Id si cum Blomfieldio probamus, hoc dicit praeco, nunc servator adesto et liberator a belli certaminibus. Verum in cod. Flor. scriptura καὶ παγώνιος nihil inesse videtur aliud quam quod Dobraeus Adv. II. p. 24. invenit, καὶ παιώνιος. In eandem emendationem incidit H. L. Ahrens. Qui proximo versu dicuntur ἀγώνιοι θεοί, illi sunt qui dederunt victoriam. Neque enim ἀγοραίους recte quis intellexerit, quos ἀγωνίους vocatos ab Aeschylo esse scholiastes Venetus ad II. XXIV. 1. et Eustathius p. 1335, 58. tradunt, quorum adnotatio pertinere videtur ad Suppl. v. 175. 229.

493. Φίλον κήρυκα dicit ἐσθλὰ κηρυκεύσαντα, ut in Suppl. v. 208. ἔλευθέροις νυν ἐσθλὰ κηρυκεῖτω.

494. Sui id Aeschylus aevi more, non antiquo illo Homeri fecit, ut heroes praeco invocet.

497. De hac vocabuli forma, ἀντήλιος, v. Lob. ad Ai. p. 356.

498. Libri ἦπον, cui in Farn. adscripta glossa ὄντως, ἴσως. Excerpta Aurati εἶ που πάλαι, ἢ δώμασι ἢ φαιδροῖς ἰδόντες. Hinc Stautleius εἶ που sumpsit, quod recentiores editores receperunt. In Flor. in πάλαι priori vocali v superscriptum est. τοῖσιν ὀμμασιν Farn.

499. δέξασθε Flor. Vict. δέξαισθε, cum gl. ἄν, Farn.

500. ὑμῖν Farn. Vict. ἡμῖν Flor.

503. Praestat fortasse τῇ δικηφόρῳ. Aeschylus, ut opinor (v. de Niobe Opusc. III. p. 53.)

ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας,  
δείσασ' ὅπως μὴ σου γένος πανώλεθρον

*Διὸς μακέλλη πᾶν ἀναστρέψη Λίκτη,*  
apud Aristophanem Av. v. 1240. et ibidem apud scholiastam Sophocles  
*χρυσῆ μακέλλη Ζητὸς ἐξαναστραφῆ.*

505. Quod Salzmannus, qui a. 1822. Berolini Observationes in Agamemnonem edidit, existimabat, versum hunc ex Persis illatum esse, in quibus v. 813. legitur

*βιομοὶ δ' αἴστοι, δαιμόνων θ' ἰδρύματα,*  
etsi non inepte coniectum est, quoniam optime cohaerent *τῆ κατείρωσται πέδον καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός,* tamen non eam habet veri similitudinem, ut sine librorum fide delendus esse versus videatur.

507. Ex Flor. adnotatum habeo *τοιούδε τροία.*

512. Libri *ῥγλων.* Emendavit Blomfieldius.

513. Stanleium, qui utramque significationem *ῥύσιον*, et *pretium redemptionis* et *pignus*, hic aptam esse censet, non magis quam Schütziuum, qui *praedam* interpretatus est, intelligere me fateor. Molestiam fecit haec vox etiam aliis in locis Piersono ad Moer. p. 337. et Brunckio ad Oed. Col. v. 858. Hesychius *ῥύσια, ἐνεχυράσματα, σωτήρια, λύτρα, λεηλασία.* Elym. M. p. 706, 41. *ῥύσια, ἐνεχυρώματα, σωτήρια: "ῥύσι' ἐλαυνόμενος"* Ἰλιάδος λ. (v. 673.) *ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρα, τὰ ἀντιτινῶν ἐλκόμενα, ἅπερ ἀντὶ τῶν ἠρπασμένων ἀρπάζονται. λέγεται ῥύσια καὶ τὰ ὑπὲρ ὑγείας καὶ εὐτυχίας εὐχαριστήρια, παρὰ τὸ ῥύεσθαι, ὡς παρὰ Διονυσίῳ τῷ περιηγήτῃ (v. 527.) "ῥύσια δ' Ἀπόλλωνι χοροὺς ἀνάγουσιν ἅπασαι."* Eadem fere Eustathius ad Hom. p. 877, 35. et Favorinus. Conferri cum his potest scholiastes ad Il. XI. 673. et Suidas. Photius *ῥύσια, ἐνέχυρα: καὶ ῥυσιάζεσθαι, τὸ ἐνεχυριάζειν.* Zonaras p. 1622. *ῥύσια, λύτρα, ἐλευθερίας ἐνέχυρα.* Prae ceteris digna memoratu Eustathii adnotatio est ad Dionysii versum: *οἱ αἱ Κυκλάδες — χοροὺς ἀνάγουσι τῷ Ἀπόλλωνι, οὓς καὶ ῥύσια λέγει, ὡς ῥύσεως χάριν καὶ ἐπὶ σωτηρίῳ γινόμενος. καίτοι κριῖως ῥύσια, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι φαίνεται, τὰ ἐξ ἐπιδρομῆς ὀπλιτικῆς καὶ ἔλκυσμοῦ λαμβανόμενα εἰς ἐνέχυρον, ἀπὸ τοῦ ῥύω τὸ ἐλκύω ἐτυμολογούμενα: καταχρηστικῶς δὲ ποτὲ καὶ ἐπὶ ἄλλῳ ἐνεχύρον ἢ λέξις λαμβάνεται. ὁ μὲντοι Διονύσιος κατὰ δριμύτητα ῥητορικὴν συνήθη αὐτῷ ἐπὶ δώρων σωτηρίων τὴν λέξιν εἴληφεν, ἅπερ μᾶλλον σῶστρα λεχθήσονται, καθάπερ λύτρα τὰ ὑπὲρ αἰχμαλώτων διδόμενα.* Non satis explicate haec a grammaticis sunt tradita. *Ῥύσιον*, ab *ῥύεσθαι* factum, proprie significat rem ademptam, quae vi vindicanda est atque ita salva praestanda. Ita Aeschylus in Suppl. v. 397.

*καὶ μήτε δῆρις ῥύσιων ἐφάρμεται.*

Et v. 698.

*ἄγειν θέλοντες ῥύσιων ἐφάρμορες.*

Sic apud Sophoclem Oed. Col. v. 858. Creon Oedipum una cum filiabus abstrahens dicit



καὶ μεῖζον ἄρα ῥύσιον πόλει τάχα  
θήσεις; ἐφάρομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.

Eo modo etiam in Agamemnonis versu Helena a Paride rapta, a Graecis vindicata, ῥύσιον vocatur. Secunda significatio est pignoris, quod pro ea re, quae adempta est, capitur. Ita in Il. XI. 673. ῥύσι' ἐλαυνόμενος. Hinc tertius nascitur significatus, qui est satis dationis sive vindictae, quum pignus, si res ipsa restitui non potest, ad satis faciendum laeso adhibetur. Ita Sophocles in Phil. v. 959.

φόνον φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας.

Alia est quarta vocabuli potestas, ex primo deducta significato, quo liberatio rei ex aliena potestate atque in integrum restitutio indicatur. Sic Io quum Iovis contactu Epapho gravida facta formam humanam recuperasset, eam formae restitutionem ῥύσια dixit Aeschylus in Suppl. v. 300.

Ἐπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

Hinc denique quintus prodit usus, quo quidquid pro salute fit intelligitur, eoque modo accipiendum hoc vocabulum est apud Dionysium periegetam.

514. Porsonus ut suspectum notavit *αὐτόχθονον*. Parum circumspecte Blomfieldius, *αὐτοχθόνους* apud Lycophronem v. 714. male in quibusdam libris pro *αὐτοκτόνοις* legi observans, quum *αὐτόχθον'* ὄν edidit, duplici vitio auxit Aeschylum, altero languidissime inserti pronominis, altero vocis consulto a poeta declinatae. Nam *αὐτόχθων* quum significet eum qui ipsa in terra natus est, alia forma opus esse videbat poeta, si dicendus esset qui ipsa cum terra sua aliquid pateretur. Vidit hoc etiam Scholefieldius. Formam autem vocabuli defendit Lobeckius Paralip. p. 202. Ad *ἔθρισεν* in Flor. ab alia manu supra adscriptum *ἔθρισεν*. Scholiastes *ἔθρισεν, ἐθέρισεν, ἔχειρε. κοινῶς δὲ ἔθριξεν, ἀφείλεν, ἀφ' οὗ καὶ ἡ θριξ. καὶ Εὐριπίδης* (Or. v. 128.) “ἴδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθριξε τριχας.”

515. Libri *θάμαρτια*, quod genuinum visum est Abreschio, quoniam etiam in Persis v. 678. inveniatur. Et videatur fortasse *ἀμάρτημα, ἀμαρτία, ἀμάρτιον* eadem comparatione dictum esse ut *ἀμπλάκημα, ἀμπλακία, ἀμπλάκιον*, quo postremo usus est Pindarus Pyth. XI. 41. Sed Persarum versus a me et Blomfieldio emendatus est: hic quum aptissimus sit dualis, scribendum est *θάμαρτία*. Intelligit praeco peccata, quae modo dixerat, *ἀρπαγὴν* et *κλοπὴν*. Auctor fuit Aeschylō Homerus, quum aliis locis, tum Il. XIII. 626. ubi Menelaus de Troianis

οἱ μὲν κορυδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ  
μὰν οὐχέσθ' ἀνάγοντες, ἐπεὶ φιλέσθε παρ' αὐτῆ.

Id uberius narratum fuisse in carminibus Cyprii ex Proclo conici potest. Non dixit autem Aeschylus *διπλῆ*, quia id ambiguum fuisset, utrum quae duorum peccatorum poenae, an magnitudine duplae essent intelligendae. *Ἄμαρτια* autem *τίνειν*, ut *ἀδικίας* apud Euripidem in Ione v. 447.

516. Quae chorus in hac *στιχομνησίμῳ* loquitur, in libris tributa

sunt Clytaemnestrae. Animadvertit errorem Heathius. In his verbis κήρουξ Ἀχαιοῶν τῶν ἀπὸ στρατοῦ notanda est attractio, qua duae locutiones in unam confusae sunt, κήρουξ Ἀχαιοῶν τῶν ἐν στρατῷ et κήρουξ ἀπὸ στρατοῦ. V. ad Soph. El. v. 135.

517. Farn. Vict. et scholiastes ad v. 528. χαίρω. τεθνήναι δ' οὐκ ἔτ' ἀντερῶ θεοῖς. In Flor. ἔτ' omissum est. Τεθνήναι mediam syllabam et analogiae lege et usu correptam habet. Aristophanes Ran. v. 1012.

τί παθεῖν φήσεις ἄξιός εἶναι; τεθνήναι· μὴ τοῦτον ἐρώτα. Quamquam ibi scholiastes, ut de inusitata re, βραχυκαταληκτεῖ δὲ ἐν ταῦθα. Legebatur quidem apud Theognidem v. 181.

τεθνήναι, φίλε Κύρνε, πενιχοῦ βέλτερον ἀνδρὶ, sed quod vel sine codice reponi debebat reponendumque viderat Davisius ad Cic. Tusc. disp. I. 8. τεθνήμεναι, ex antiquissimo libro restitutum est. Simillimum est βεβάναι apud Euripidem Heracl. v. 610.

οὐδὲ τὸν αὐτὸν αἰεὶ βεβάναι δόμιον  
εὐτυχία.

Non sum nescius memorare grammaticos τεθνήναι. Thomas M. p. 355. ed. Ritsch. ἀπὸ τοῦ θανῶ μέλλοντος ἕτερον ῥῆμα πυράγωγον θανέω θανῶ, καὶ θνῶ κατὰ συγκοπήν, ἔξ οὗ θνήσω, τέθνηκα, τέθνημι, ἐτέθνην, τεθνήεις, τεθνήειν καὶ τροπή Ἰωρικῆ τοῦ εἰς ἄ τεθναίην. ἀπὸ δὲ τοῦ ἐτέθνην, ἐτέθνης, ἐτέθνη, τεθνήναι, καὶ Ἰωρικῶς τεθνά- ναι (id quidem videtur τεθνήναι scribendum fuisse, sed tamen τεθνάσαι legitur etiam apud Favorinum, qui eadem habet in v. θανέω). εἰσὶ δὲ οἱ λέγονσι ταῦτα καὶ οὕτως· ἀπὸ τοῦ θανέω θανῶ καὶ θνῶ, θνήμι, ὁ δεῦτερος ἀόριστος ἔθνην, ἡ μετοχή ὁ θνάς, καὶ κατὰ ἀναδίπλω- σιν τεθνάς, τεθνάτος, τεθνάσαι, καὶ τεθναίην τὸ εὐκτικόν. Non dissimilia leguntur apud Favorinum in v. θνήσκω et τεθνάσαι et in Hortis Adonidis p. 159. aversa sive ed. Dind. p. 417, 4. tum in Appendice Etymologici Gudiani p. 637, 4. Sed magna in his opinio perversitas est, quum aoristum ἔθνην vel etiam ἐτέθνην assumpserunt. Diversissima miscuit is qui Draconis Stratonicensis nomen mentitur p. 39, 12, qui quum ostendisset infinitivos praesentis verborum in μι exeuntium brevi penultima, aoristorum autem longa esse, sic pergit, καὶ τῆς μὲν πέμ- πτης τὸ σημῶσαι καὶ τὸ ὑφῶσαι καὶ τεθνήναι καὶ διωδρῶσαι καὶ θῶσαι, ὡς μαρτυρεῖ τὸ θεῖναι καὶ δοῦναι. καὶ ταῦτα γὰρ ἀόριστου ὄντα ἐμφανεστάτα μακρὰν ἔχει. Nec fidem habeo isti homini p. 108, 24. dicenti τὰ δὲ εἰς αναι, ὡς τὸ τεθνάσαι, ἐσθ' ὅτε ὑπὸ ποιητῶν Ἀττικῶν ἐκτείνει τὸ α. Magis etiam mira traduntur in Hortis Adonidis p. 186. τεθνάσαι κανόνισον· ἔστι ῥῆμα πρωτότυπον θείνω τὸ τύπτω, ὁ μέλλων θενώ, καὶ κατὰ μετάθεσιν τοῦ ν θνέω θνῶ· μεταποιεῖται γὰρ εἰς περισπωμένην σημασίαν ὁ μέλλων, ὡς καὶ ἀλλαγῶ πολλὰ γὰρ· οὗ ὁ μέλλων θνήσω, ἀφ' οὗ θνήσις. ὡς περ γὰρ ἀπὸ τοῦ θεῶ θῶ τίθημι, οὕτω καὶ ἀπὸ θνέω θνῶ τέθνημι, ὁ μέλλων θνήσω, ὡς

στήσω. ὁ παρακείμενος τέθνακα, ὡς ἔστακα. τὸ ἀπαρέμφατον τεθνακέναι καὶ κατὰ μετάρθεσιν τεθνάναι. διὸ καὶ περισπᾶται. τὸ γὰρ α καὶ ε εἰς α μακρὸν κινῶνται. πᾶσα φύσει μακρὰ πρὸ βραχείας ληκτικῆς ἐν ἐνὶ μέρει λόγον οὔσα καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν τόνον περισπᾶται· ἐπεὶ τὸ ἐν τοῖς ἀπαρέμφατοις δίφθογγον βραχὺ ἐστίν. οὕτω δὲ γίνεται καὶ τὸ ἐστᾶναι οὐ κατὰ συγκοπὴν τῆς κε συλλαβῆς ἀπὸ τοῦ ἔστακέναι, οὐ γὰρ ἐφίησι (legitur ἀφίησι) τὸ τεθνεώς καὶ ἐστώς· ὁξύνεται δὲ μόνον τὸ ἐστώς καὶ τεθνεώς· οὐκ ἔξ ὀξείας καὶ βαρείας περισπῶνται, ἀλλ' ἐκ βαρείας καὶ ὀξείας ἢ κρῶσις ἐγένετο· τὰ μὲν γὰρ ἔξ ὀξείας καὶ βαρείας περισπῶνται, οἷον Πηλεΐ Πηλεΐ· τὰ δὲ ἐκ βαρείας καὶ ὀξείας ὁξύνονται, ἔσταώς ἐστώς, βεβαώς βεβώς, τεθνεώς τεθνώς· τὰ δὲ ἐκ δύο βαρειῶν πάλιν βαρύνονται (sic pro βραχειῶν et βραχύνονται scribendum), οἷον Δημοσθένει Δημοσθένει, ποίεε ποίει. τὸ δὲ ἐστᾶναι καὶ τεθνᾶναι οὐκ ἀντίκειται ἡμῖν. εἶποι γὰρ ἂν τις ὅτι καὶ ἐκεῖνα ἐκ βαρείας (legitur βραχείας) καὶ ὀξείας συνεκράθησαν, καὶ ὡφείλον πάλιν ὁξύνεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ παραλήγουσα φύσει μακρὰ ἐγένετο, ἡ δὲ λήγουσα βραχεῖα ἐστίν, νικᾷ μᾶλλον περισπᾶσθαι κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, πᾶσα φύσει μακρὰ πρὸ βραχείας ληκτικῆς, ὡς ἔμαθες. ἀλλ' οὕτω μὲν τὸ τεθνᾶναι κωνορίζεται δευτέρως ὃν συζυγίας τῶν εἰς μί, ὡς εἶπομεν. Apertum est commenta haec esse recentiorum grammaticorum, qui quod τεθνάναι et ἐστᾶναι ut vulgus male pronuntiarent, syllabam putabant longam esse. Quo magis miror quod Buttmanus in Gramm. vol. II. p. 14. in similem ut grammatici, quos non consuluit, sententiam incidit, Göttlingius autem in Doctrina accentus edita a. 1835. p. 93. poetis productionem concessit. Aeschylum ut τεθνᾶναι dixisse credam non adducor. Potest scripsisse videri

χαίρω τε, τεθνάναι δ' οὐκ ἔτ' ἀκτερω θεοῖς.

Rectius tamen, adhibita codicis Florentini scriptura transpositisque verbis, scribetur

χαίρω· θεοῖσι τεθνάναι δ' οὐκ ἀντερω.

Veri enim simile est Triclinium, cui τεθνᾶναι videreur dici debere, haec mutavisse. Ad sententiam apte comparavit Butlerus Od. VII. 224.

ιδόντα με καὶ λίποι αἰῶν

κτῆσιν ἐμὴν δμῶός τε καὶ ὑπερεφές μέγα δῶμα.

519. ἐνδακρῦειν Flor. Vict. ἐκδακρῦειν Farn. quod non notavit Elmsleius. Id recepi. Euripides Or. v. 1122.

ὥστ' ἐκδακρῦσαι γ', ἐνδοθεν κεχαρμένῃ.

Phoen. v. 1353.

ὥστ' ἐκδακρῦσαι γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον.

In Orestis versu aliquot libri ἐνδακρῦσαι.

520. ἴστε Flor. ἦτε Farn. Vict. Signum interrogandi praeter necessitatem huic versui apposuit Stanleius. Hinc Th. Bergk in Diurnis antiq. a. 1835. p. 958. ἦστε, afferens Sophoclis fr. 317. et alia. Vereor

ne Bergkium rariorum formarum amor ab recta via abduxerit. Nam quis malit dicere *suavis ergo huius morbi sciebatis vos compotes esse, quam eratis compotes?* Mihi ἦτε a Triclinio profectum, vera autem scriptura esse videtur codicis Florentini, ut hoc dicat, *scite vos compotes esse huius suavis morbi.*

521. Libri πῶς δὴ διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγον; Emendavit interpunctionem Schützius. Sic in Suppl. v. 276.

διδαχθεὶς δ' ἂν τόδ' εἰδείην πλέον.

Alia quaedam de multis v. apud Erfurdium ad Soph. Oed. R. v. 1517.

522. Libri πεπληγμένοις. Rectissime Tyrwhittus et Schützius πεπληγμένοι. Non enim quomodo praeco intelligere superiora chori verba debeat dicendum est, sed quid sit cur exercitus prae gaudio lacrimari possit.

524. Libri ἐκ φρενὸς ἀναστένειν. Scaliger et Schützius μ' inseruerunt. Ὡς pro ὥστε de effectu dictum tetigi ad Soph. Ant. v. 292. Adde Eur. Andr. v. 558. Iph. T. v. 293. Vide etiam mox v. 528.

525. Libri στύγος στρατιῶ. Quod quum aperte non conveniat huic loco, Auratus στρατοῦ coniciebat, quo nihil proficimus. Schützius, eiecto στρατιῶ, legendum putabat θυμῶ στύγος; Iacobsius in Animadv. ad Eurip. p. 195. non ineleganter στρατιῶ in φράσον mutandum esse censebat. Wellauerus στρατιῶ interpretandum existimavit popolo, ut in Soph. El. v. 739. Et sic ipse Aeschylus in Eum. v. 558. 678. 876. Vereor tamen ne id hic non satis aptum sit, ubi στρατός, ut modo v. 523. a civibus distinguitur. Confidenter posui στύγος φρενῶν, quod legitur infra v. 1267. et Choeph. v. 70. Aliud agenti librario ex v. 523. in mente haeserat στρατός. In eandem emendationem incidit Emperius in Diurn. antiq. a. 1835. p. 627.

527. τυράννων Flor. Vict. κοιράνων Canterus, et habet id Farn. Continuabatur καὶ πῶς cum sequentibus verbis. Non bene Klausenius καὶ πως. Stanleius recte signum interrogandi poni voluit post καὶ πῶς. Secuti sunt Schützius et Scholefieldius; non secuti Porsonus, Blomfieldius, Wellauerus, Boissonadus. Et tamen ineptum est quaeri quomodo absente rege aliquem timuerit civitas, quum magis, si praesente timeat, mirandum videatur: nisi putarunt ipsum regem esse qui timeretur. At id iterum ineptum est, quia sic laudari videretur conditio populi nulli parentis imperio. Καὶ πῶς mirandi significatum habet: v. infra v. 1269. Choeph. v. 526. 763.

528. Libri et scholiastes ὧν νῦν. Emendavit primus Scaliger. τὸν σὸν error Vict.

530. Libri τὰ μὲν τις εἶ λέξειεν. Porsonus, ut Blomfieldius refert, ἂν reponi voluerat in praecedente versu, hoc modo, ταῦτα δ' ἂν πολλῶ χρόνῳ. Sed postea edidit, ut Auratum secuti alii, τὰ μὲν τις ἂν λέξειεν, quod non dubium videtur quin verum sit. Pro ταῦτα Auratus coniciebat τᾶλλα.

533. Primus post *δυσανλίας* distinxit Stanleius.

534. *κακοτρότους* Flor. Vict. *κακοστρώτους* Canterus, et sic Farn. *Παρήξει* Aeschylus non dixit, ut scholiastes interpretatur, *παραδρομάς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τῶν νεῶν*, sed, ut Schützius vidit, raras ad terram appellandi opportunitates. Nam quae sequuntur, hic de profectioe classis ad Troiam, diu in Aulide retentae, sermonem esse docent. <sup>2</sup>*Ἥξις* ex Euripidis Troad. v. 396. affert Antiatticista Bekkeri p. 99, 4. ubi Euripidis libri *Ἥξις* habent.

535. Libri *οὐ λαχόντες*. Quod Wellauerus verbis quae intelligi nequeunt interpretatus est, *qua parte diei non suspiravimus, quum illa nobis non acciderint?* Id esse voluit *nulla parte diei illa nobis non acciderunt*. Tum vero vertere debebat *qua parte diei non gementes, non sortiti illa eramus?* At id facilius, si quidem, ferri posset, si hoc ordine verba posita essent, *τί δ' οὐ λαχόντες, οὐ στένοντες*. Optime Stanleius *οὐ κλαίοντες*. Aptissimum est enim verbum simile ut *στένοντες*, et id necessario praesentis: quare qui *οὐ καμώντες* coniecit Pauwius, *οὐ κάμνοντες* debebat. Schützius edidit facillima sane mutatione *οὐ λαχόντες*, quae a me ad Vigerum p. 770. non est recte explicata, quum *οὐ* ubi esse volebam, quod dici hic *ὅπου* debebat. Si ita scripsit Aeschylus, *οὐ* non ad *μέρος* referendum est: nam *λαγχάνειν* cum genitivo iunctum significat compotem fieri eius quod quis optat: sed pertinet ad *ἡμιτος*, *nulla parte diei, qui nobis obtigisset, non gemedamus*. Dubitari tamen potest an scripserit *τί δ' οὐ στένοντες, εὐ λαχόντες, ἡμιτος μέρος; qua parte diei, si bene cecidisset, non gementes?* Sed tantopere se commendat *οὐ κλαίοντες*, ut omnium videatur esse veri simillimum. Apodosis deest, quae referatur ad *εἰ λέγοιμι*, ut in sermone familiari: i. e. vix finem invenirem.

536. Interpungebatur virgula post *προσῆν*, credo quod *τά* pro *ἅ* acceptum erat. Mutavi eam interpunctionem: nam *τά δέ*, ut saepe, *alia* significat, *καί* autem iungendum cum *πλέον*.

537. *Δῆϊων* hic tantum legitur et non recte *δῆϊοις* in chori carmine Choeph. v. 618. Nusquam ita Sophocles, neque Euripides. Et *δαΐτων* ipse Aeschylus in Sept. c. Theb. v. 260. Itaque probanda videtur sententia Dindorfii, scribendum esse *δαΐτων*.

538. Pearsonus, Heathius alique, quos secutus est Blomfieldius, *δέ* pro *γάρ* posuere: quos bene refutavit Wellauerus. Nam qui praecedit versus, parenthesis est. Deinde *λειμώνιαι*, cum accentu in penultima, Flor. Vict. *λειμώνιαι* Farn. Schützi coniecturam, *λειμωνίας*, recepit Blomfieldius. Non inepte animadvertit Wellauerus, quibus *δρόσοι λειμώνιαι* a caelo stillantes offensui sint, eodem iure offendi debuisse verbo *καταψεκάξειν*, quod proprie non cadat in humorem prati. Neque perversa est oratio, si sic verba intelliguntur, *ἐξ οὐρανοῦ δρόσοι καὶ ἀπὸ γῆς δρόσοι λειμώνιαι*. Sed tamen accentus in codice Flor. monet ut potius cum Schützio credamus *λειμωνίας* scri-

rium v. 1207. κείμαι δ' ἀμέριμνος  
γόμενος κόμας, λυγροῦς μνήματα  
defenderet, aliena attulit Wellauerus.  
Synt. p. 429. Indulserunt talia sibi  
caussa. Nisi hic ὄμβροι animo poeta  
541. λέγει Farn.

543. Pessime Abreschius, quem  
νάς κοίτας de meridiana quiete Graec  
missiones meridianas dici vidit Stanleiu.

546. 547. Sententia propter br  
dicit, praeterierunt illa mortuis, ut ne  
daretur quidem, in vitam redire velis  
Blomfieldium, qui τὸ μηδὲ μέλειν παρ  
Elberlingius in Observationibus in locos  
opus est ut cum Aurato αὐτοῖς pro αὐθι

548. Ἐν ψήφῳ λέγειν est enumera  
στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐ  
θίσθαι δύναι' ἂν, ὡς ἄπλατον  
549. Ἄγειν cum genitivo constructu  
ἀλγεῖς; τί δ' ἡμᾶς παιδὸς οὐκ

De vocabulo παλίκοτος copiose disseruit l  
550. Libri συμφοραῖς. Mirum est Bl  
dum videri, qui in Monkii adnotationibus ad  
sativos restituendos censet etiam apud Diphil  
οὗτος ἱερὸς ἀν

ὄς πολλὰ χαιρεῖν ταῖς κίχλαις ἦδ.  
attulerit Rufini verba in Anthol. VII. 136.  
'Ρουφίνος τῇ μῆ γλυκερωτάτῃ  
χαιρεῖ...

*gloriari aequum est quod tandem capta urbe diis spolia suspendimus.* Lachmanno tamen hic versus ante praecedentem collocandus esse videtur, ut coniungantur haec, ἡμῖν — ποτωμένοις.

555. τροίην Flor. Vict. Porsonus Τροίαν restituit, et sic Farn.

556. Male Valckenarius ad Phoen. v. 88. Θεῶν scribi volebat. Aptius est dici quibus dedicentur spolia, quam quorum templis assignantur. Cohærent autem Θεοῖς τοῖς καθ' Ἑλλάδα.

557. Porsoni coniecturam, ἀρχαίοις, non debebat recipere Blomfieldius. Ἀρχαῖος enim ad ea quoque transfertur, quae diuturna sunt atque inviolata manent, sive sancta velis dicere. Sic Sophocles Oed. C. v. 1632. πίστιν ἀρχαίαν fidem dixit quae firma maneat, olim antiqua futura. Petro Campero ad Euripidis Electram p. 183. praeco se quasi inter posteros sistere visus est. Non dixisset id, si attendisset ad illa, ὡς κομπάσαι τῷδ' εἰκὸς ἡλίου φάει.

558 — 560. Interpungebatur τοιαῦτα χρῆ κλύοντας, εὐλογεῖν πόλιν, καὶ τοὺς στρατηγούς· καὶ χάρις τιμήσεται Διὸς τῷδ' ἐκπράξισσα, quasi haec esset sententia, haec vos audientes et urbem et duces laudare oportet. At sic non recte πόλιν poeta dixisset, quum deberet στρατόν. Iungenda sunt κλύοντας πόλιν, i. e. κλύουσαν τὴν πόλιν χρῆ εὐλογεῖν καὶ τοὺς στρατηγούς καὶ τὸν Δία. Quae quum sic dicenda essent, usitata familiari sermone negligentia, quam consecratur poeta in humilioribus conditionis hominibus, mutata constructione dixit καὶ χάρις τιμήσεται Διός.

560. Editiones quaedam recentiores τὸδ'. Sed Flor. Farn. Vict. τῷδ'.

563. 564. Hoc dicit, *singula accuratius exquirere maxime Clytaemnestram decet, eamque me simul ditare his*, i. e. me participem fieri sinere narrationis illius.

565. Divisim scriptum ἀνωλόλυξα μὲν debetur Stephano. Flor. Farn. ἀνωλολύξαιμεν. Glossa in Farn. ἤγουν ἐπαινίσαιμεν. Scriptor Christi patientis v. 70. ἀνηλάλαξά πως πάλαι χαρῆς ὕπο.

568. ἐνίππων Flor. Libri φρονκτώρων διά. Pravum accentum φρονκτώρων emendavit Schützius.

571. πλακτὸς Farn. Scriptor Christi patientis v. 74.

λόγοις δὲ τοῦδ' εὐπλαγκτος οὖσ' ἐφαινόμην,  
πεισθεῖσα τῷ φέροντι θέσκελον φάτιν.

Hinc in dissertatione de versibus spuris apud Aeschylum (Opusc. II. p. 84.) conieci alterum quoque versum ex hoc Aeschylī loco sumptum esse. A qua sententia non dimoveor eo quod Blomfieldio scriptor iste πεισθεῖσα manifesto e v. 569. sumpsisse videtur. Nam id eo minus manifestum est, quod tragici saepissime in brevi spatio eadem verba iterant, et versus iste aliquanto melior est quam ut ab ipso illo homine factum esse credam. Accedit quod aptissime haec addere videtur Clytaemnestra. Augent enim vim et vigorem sententiae, quae haec est, *stulta videbar*

esse, quae fidem haberem mirabilia nuntianti, et tamen non minus creduli, qui me vituperabant, sacra cum laetis acclamationibus faciebant. Θέσκελος quod non alibi, quod sciam, apud tragicos invenitur, neminem, praesertim in Aeschylo, morabitur. Constat autem ea voce admirabilia et incredibilia significari. V. II. III. 130. XXIII. 107. Od. XI. 373. 609.

572. Recte commate interpunctum est post ἔθνον in editionibus Vict. et Cant. Male Stanleius, ἔθνον singularem esse ratus, coli signum posuit: quod secuti sunt alii. Totum hunc versum habet scriptor Christi patientis v. 78.

573. ὀλολεγμὸν, et ω super secundo o, Flor. Christi patientis scriptor ἀλαλαγμὸν legisse videtur, quum scripserit v. 79. ψυχῆς τ' ἐπιμπον ἀλαλαγμὸν ἐκ μέσσης.

574. ἐνθῶν Vict. Ab Aurato accepit Stanleius ἐν θεῶν, quod est in Flor. Farn. Virgulam, quae post ἔθραις posita erat, post εὐφημοῦντες recte posuit Schültzius, languide tamen inserens θ' post ἐν θεῶν. Editio Glasguensis a. 1795. quae falso tribuebatur Porsono, ἔθραις ἐν θεῶν, contra Porsoni de trimetro praecepta.

575. Scriptor Christi patientis v. 81. θυνηγάγον φέρουσά τ' εὐάδη φλόγα, ut videatur φέροντες legisse. Libri κοιμῶντες, ad quod in Farn. glossa adscripta est πρᾶννοιτες ἐπὶ τῷ ὀπτῆσαι ἢ θυνηῖσαι. Mirum est placere quibusdam potuisse Butleri commentum, intelligenda haec esse de laetis acclamationibus in fine sacrorum. Quis enim adeo perversus sit, ut, gratulatos ob laetum nuntium dicere volens, finem gratulandi quam initium factum dicere malit? Legrandius male κοσμοῦντες. Melius, sed audacius, Casaubonus καίοντες. Si κοιμῶντες genuinum est, versum excidisse credam, quo contineretur iniectis libis et sufficientis. Aliter enim κοιμᾶν simpliciter extinguere ignem significat. Phrynichus Bekkeri p. 46, 26. κατακοιμίζειν τὸν λῆγρον, ἀντὶ τοῦ σβεπνῆναι. Auctores Suidas in v. κοιμῖσαι Nicophronem in Pandora, Athenaeus XV. p. 701. F. et Pollux VII. 178. Phrynichum in Μονοτρόπῳ nominant. Si nihil deest, scripsisse Aeschylum putem κοιῶντες. Hesychius κοιᾶται, ἱερῶται. Idem κοιώσατο, ἀφιερῶσατο, καθιερῶσατο. Et κοίης, ἱερὸς Καβείρων ὁ καθιερῶν φονέα. οἱ δέ, κόης. Item κοιόλης, ὁ ἱερεύς, quod habet etiam Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 5. et mendose scriptum Theognostus in Crameri Anecd. Ox. II. p. 21, 25. Ex hoc verbo vel eius radice ductum esse videtur θνοςκόος, de quo supra dictum ad v. 87.

578. Non dicit σπεύσω δέξασθαι ὅπως ἄριστα, sed ὅπως σπεύσω δέξασθαι ἄριστα. V. Porsonum ad Hec. v. 398.

580—582. Interpungebatur in editionibus veteribus τί γὰρ γυναικὶ τοῦτον φέγγος ἦδιον, δρακεῖν ἀπὸ στρατείας ἄνδρα, σώσαντος θεοῦ, πύλας ἀνοῖζει; Coniungenda esse ἦδιον δρακεῖν apertum est, videruntque plerique. Neque ἀνδρὶ legendum, quod Blomfieldius edidit, sed corrigeunda erat interpunctio, τί γὰρ γυναικὶ τοῦτον φέγγος ἦδιον



δρακεῖν, ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ, πύλας ἀνοῖξαι; Sic etiam Matthiae ad Eur. Alc. v. 899. nisi quod is ἦ omissum censet. At pro eo τούτου additum est, quod ipsum omitti potuit, ut in Alcestide, τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μείζον, ἀμιαρεῖν πιστῆς ἀλόχου; V. quae ibi adnotavi ad v. 890. Sic patet nihil causae esse cur cum Schützio aliisque scribatur πύλας τ' ἀνοῖξαι. Quod autem dicit ἀπὸ στρατείας, intelligendum est *revertentem ad expeditione*, ut Eum. v. 621.

584. Schützius coniecit ἔνδον εὐρήσει. Magnopere falsi sunt Blomfieldius et Wellauerus, quum εὔροι *utinam inveniat* sunt interpretati, quo sententia paene ridicula evadit. Recte Matthiae in Miscellaneis philologicis vol. II. p. 54. orationis obliquae optativum esse vidit.

586. Πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν ambigue dicit Clytaemnestra, de Agamemnone cogilans.

589. 590. Non dixit Blomfieldius cur cum Schützio οὐκ οἶδα ediderit. Aperte verum est οἶδ' οἶδα. Sed in Christo patiente v. 64. legitur οὐκ οἶδα τέρψιν οὐδ' ἐπίρογον φάτιν ἄλλον πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον ἢ χαλκοῦ βαιγῆς. Et iterum v. 521. οὐκ οἶδα τέρψιν. Expressit autem Aeschylus mores hominum improborum, qui quibus vitii laborant, iis se maxime immunes iactare solent. Ita hic Clytaemnestra, adultera, pudicam se esse praedicat, quumque necem marito meditetur, a caedis crudelitate abhorrere. Χαλκοῦ βαιγῆς de caede dictas esse vel illud in Aiace v. 95. ostendere potuerat,

ἔβαινας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατιῶν.

Sed ipse etiam Aeschylus ita locutus est in Prom. v. 866.

δίθιχτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος.

Et Choeph. v. 1005.

μαρτυρεῖ δέ μοι

φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαιπεν Ἀγίσθου ξίφος.

Non tamen, ut Wellauero visum est, quod vulneratus sanguine tingatur, sed quod ferrum immergitur in corpus. Miraculosa placuerunt Welckero in Appendice Trilogiae p. 42. seq. quem perturbarunt Blomfieldii Elmsleiique dubitationes, de tingendo aere cogitantium.

591. 592. Hi duo versus in libris praeconi tributi sunt. At nec decet praeconem respondere, nec potuit ille τοιόςδ' ὁ κόμπος dicere, sed dicere debuit τοιόςδε κόμπος, nec iustus finis factus erat orationi Clytaemnestrae. Itaque huic hos versus dedi. Γενναίαν se vocare potuit mulier, etiam si non esset superba, ut Oedipus Sophoclis in Colono.

594. Scholiastes οὕτως εἶπεν ἀκριβέσι λόγοις καὶ ἐξηγητικοῖς ὥστε σε μαθεῖν. Quem Blomfieldius λόγοις legisse putans, id reposuit. Falli eum intellexit Wellauerus, non ille tamen hunc locum recte explicans, in quo interpretando alia via aberravit G. Bernhardt Synt. p. 128. Hoc dicit chorus, *sic haec tibi speciose rem exposuit, cognoscenti per veraces scilicet interpretes*. Patet autem ironice chorum reprehendere Clytaemnestram de se ipsam edentem testimonium. Τοροὶ ἐρημηεῖς

sunt qui rem aperte et perspicue explicant. Sic infra v. 1021. *ἐρμηγέως ἴοικεν ἢ ξένη τοροῦ δεῖσθαι*. Dicit autem haec chorus ita ut non audiat Clytaemnestra, quae iam de scena abit. Campero ad Eur. El. p. 212. scribendum videbatur *τοροῖσί γ' ἐρμηγεῦσιν*.

596. Libri *εἰ νόστιμός γε*. At non *si quidem veniet* dicit chorus, sed *veniatne*. Quare *εἰ νόστιμός τε* scripsi.

598. 599. Male in editionibus Vict. et Cant. virgula post *ψευδῆ* distinctum. *Non narrem, inquit, falsa bona, quibus diu fruuntur amici*. Proprie *ad id*, i. e. *eo consilio ut diuturnus ex iis fructus sit*. Libri *ἐς τὸν πολύν*. Blomfieldio *εἰς* dare placuit. Patet errasse eos, qui *ἐς οὐ πολὺν* scribendum putarunt, Auratum, Casaubonum, Pearsonum.

600. In Flor. Farn. Vict. Cant. hoc et sequentia chori disticha Clytaemnestrae tributa sunt. Emendavit Stanleius. *τάληθῆ τέχης* Flor. *τάληθῆ τέχης* Vict. *τάληθῆ τυχ'* Farn. Auratus *μὴ ληθῆ*. Schützius *κἀληθῆ τύχοις*. Optativum etiam Porsonus restituit. Verum est, quod Wellauerus vidit, ad *τύχοις* repetendum esse *εἰπῶν*, hoc modo, *πῶς δῆτ' ἄν, εἰπῶν κεδνά, τάληθῆ εἰπῶν τύχοις*;

601. Libri *γίνεται*.

602. Libri *ἀνήρ*. Scribendum *ἀνήρ*. Deinde *ἀχαικοῦ* Vict. Sed *ἀχαικοῦ* Flor. Farn. De dissensu grammaticorum dixit Blomfieldius, parum sibi constans, quum *Ἀχαιικός* Homeri ad exemplum dixisse Aeschylum putat, alibi autem *κάειν, κλάειν, ἀετός* tuetur.

605. Ad *ἄχθος* glossa *βάρος* adscripta in Farn. Casaubonus et Pearsonus coniecerunt *κοινὸν ἔχθος*.

606. *τοξότας* Flor.

615. Scholiastes *ἤγουν ταῦτα λέγοντες ἀτιμάζομεν τοὺς θεούς*. Male. Laborarunt interpretes in his verbis propterea quod *ἡ τιμὴ θεῶν* pro *ἡ θεῶν τιμὴ* dictum putarunt. At ea soloeca constructio foret. Sententia haec est, *ἡ τιμὴ χωρὶς θεῶν ἐστὶ, praemium sine diis est*, i. e. praemium accipit malorum in re laeta nuntius tale cui non favent dii.

618. Frustra Blomfieldius malebat *τυχόν*. Hoc dicit, *quum afflictus nuntiatur exercitus, unum civitati vulnus est, quod ea res communis est atque ad omnes pertinet cives*.

619. *ἔξαρισθέντας* scholiastes interpretatur *ἐξορισθέντας*. Hesyechius *ἔξάριστον, τὸ οὐ δεόντως εἰσενεχθέν εἰς ἱερόν, ἢ τὸ ἀκάθαρτον*. Et *ἔξάριστα, πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφρωσιωμένα, ἃ οὐχ οἶόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν. ἔνιοι δὲ ἀγνὰ ἀπέδοσαν*. Sophocles Oed. C. v. 1526. *ἂ δ' ἔξάριστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ, αὐτὸς μαθήσει, ritualaria*. Vix alibi *ἔξαρίζειν* exstat. Intelligendi videntur *consecrati, devoti duplici Martis flagello*.

620. *Διπλῆ μιάστιξ* quum proprie duplex flagellum significet, quali utebantur, ut vel ex Aiace Sophoclis v. 242. constat, translata hic est ad duplex malum, ut in Choeph. v. 370. et, quo minus dubitari quid significetur possit, *δίλογγον ἄτην, φοινίαν ξυνωρίδα* additum.



621. Post *ξυνωρίδα* punctum erat positum. Correxerit interpunctionem Pauwius.

622. Libri *σεσαγμένων*. Schützi emendationem, *σεσαγμένον*, receperunt Porsonus et qui secuti sunt editores. Hoc praefendum sit, an *σεσαγμένω*, dubitari potest. Sic supra v. 462.

*γυναικὸς ἀλγμῆ πρόπει*

*πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναιέσαι.*

Euripides Hipp. v. 115.

*φρονοῦντες οὕτως ὡς πρόπει δούλοισι λέγειν.*

623. Libri *παιᾶνα τόνδ' ἔριννύων*. Male Stanleius coniecit *τῶν*. Fallitur cum aliis Blomfieldius ad *τόνδε* intelligens *ἄγγελον*, quod nullo pacto fieri potest. *Παιᾶνα τόνδε* recte iunxit Wellauerus.

626. Abrumpitur oratio. Proprie enim dicendum erat *οὐ χρῆ με κεδνά τοῖς κακοῖσι συμμῖξαι*.

627. Libri *χειμῶν' ἀχαιῶν οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς*. Quod Blomfieldius in glossario dicit, usitatiorem constructionem fuisse *χειμῶν' Ἀχαιοῖς, οὐκ ἀμήνιτον θεῶν*, id ego diu est quum ponendum censui, sed vacuum vitio quod interpungendo intulit Blomfieldius. Neque enim *Ἀχαιοῖς* cum *χειμῶνα* coniungendum est, sed pendet ab *ἀμήνιτον*. Plutarchus de genio Socratis p. 578. A. *ἀλλ' οὐδὲ αὐτοῖς, ἔφη, Λυκεδαίμονιοις ἀμήνιτον ἔοικεν εἶναι τὸ δαιμόνιον*. Dictum est *ἀμήνιτον θεῶν* ut apud Sophoclem Trach. v. 691. *ἀλαμπές ἦλσον*.

631. Recte libri *ὠρόρει*. Nihili est, de quo disputatum videas, *ὠρόρει*. Nam *ὠρορε* Homericum aoristus est. Ceterum displicent haec verba, *ἐν νυκτί*, in principio posita, tamquam si primaria essent. At non possunt esse primaria: nam etsi per noctem atrocius factum est malum, tamen non nox, sed tempestas classem afflixit. Quare videtur aut non suo loco positus esse hic versus, ut collocandus sit post v. 635. ubi cohaereant *ῥῶγοντ' ἄφαντοι* — *ἐν νυκτί· δυσκόμαντα δ' ὠρόρει κακά*, aut interpungendum certe, servato loco quo versus nunc legitur, post *ἐν νυκτί*.

632. *ἀλλήλαισι* Farn. *ἀλλήλησι* Flor. Vict. Deinde *Θρηῖκαι* Flor. Vict.

633. *ἤρειπον*, cum glossis *κατέβαλλον, συνέκρουον*, Farn. Deinde libri *κερωτυπούμεναι*. Quod Wassius ad Thuc. II. 84. posuerat, *κερωτυπούμεναι*, firmavit Porsonus in praefatione ad Hec. p. VIII.

634. Editiones veteres *χειμῶνι, τυφῶ σὺν ζάληι τ' ὀμβροκτύπῳ*. Et *τυφῶ* etiam Flor. Farn. Blomfieldius *τυφῶ* scripsit idque ad *χειμῶνι* adiunxit, quod fieri nullo modo potest. Recte veteres editiones, nec Wellauerus H. Vossio duce in Curis Aeschyleis p. 22. genitivum *τυφῶ* cum *χειμῶνι* debebat consociare, qui pertinet ad *ζάλη*.

635. Libri *ποιμένος κακοῦ στρόβῳ*. Schützius quum *ποιμένος κακῶ στρόβῳ* coniecisset, qua coniectura melior est Aurati *ποιμένων κακῶ στρόβῳ*, revocavit postea antiquam scripturam auctore Heinrichio

in Observationibus in veteres auctores p. 33. ut ποιμένος κακοῦ per appositionem ad τυφῶ referretur; id quod suaserat Heinrichius, quoniam in Suppl. v. 737. procellae ναῶν ποιμένες dicerentur. At Supplicum versum negligentius inspexit, in quo de gubernatoribus navium sermo est. Aptius afferretur, quod apud Lycophronem v. 1018. duo antiquissimi codices praebent, βαρεῖ πρησιῆρι ποιμαίνων ἄλα. Sed ibi cum ceteris libris recte videtur Bachmannus κυμαίνων edidisse. Assensi sunt Schützius Blomfieldius et Wellauerus, quibus contradixit Boissonadus. Sensisse eum credo tolli appositionem substantivo ad nomen appositum adiecto. Nam perdurum esset τυφῶ στρόβω iungi. Sed de gubernatoribus non est cogitandum, quorum in tanta tempestate si culpa commemoraretur, minueretur magnitudo et atrocitas periculi. Omnino hic procella ποιμήν appellatur: sed qui id viderunt, non perspexerunt qua conditione appositioni locus esset. Scribendum erat κακοστρόβου. Nec librorum scriptura aliud quam hoc ipsum esse videtur: natam enim puto librorum errore, quum ad κακοστρόβω veram scripturam ου superscriptam videntes, uti ea nesciverunt.

637. Scriptor de barbarismo, quem Valckenarius cum Ammonio edidit, p. 197. hunc versum ut exemplum ἀκρολογίας affert. Scriptum ibi erat Ἀίγειον. Hemsterhusius ad Luciani Nigrinum c. 16. p. 55. mortuorum cruore rubens mare vel spumans dici putabat: cum qua interpretatione conferri potest Bergleri adnotatio ad Alciphr. l. 1. Nihil tam artificiosis commentis indigemus. Florere dicitur quod abundat aliqua re. In hymno Homérico in Apoll. v. 135. 139.

χρυσῶ δ' ἄρου Ἀῆλος ἅπανα  
ἦνθ' ἔσ', ὡς ὅτε τε ῥόν οὔρεος ἀνθέον ἔλῃ.

Legitur ibi ἀνθ' εἰν ἔλῃς, quod Lobeckius quum ad Phryn. v. 283. seq. ἀνθέειν ἔλῃ scribi iussit, tantum non penitus persanavit. Vide eundem ad Aiaceum p. 332.

638. Libri ναυτικῶν τ' ἔρειπίων, nisi quod Flor. Farn. ἐριπίων. Genitivos hos cum verbo ἀνθ' οὔν constructos esse putarunt Matthiae in Misc. philol. vol. II. p. 6. et Lobeckius ad Ai. p. 332. Ferri id posset, nisi praegressum esset ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, quod postulat ut alteri quoque genitivi ad νεκροῖς referantur. Quare verum est quod ante Schütziium Aurato in mentem venerat, ναυτικοῖς τ' ἔρειπίοις.

639. Auratus et Casaubonus νεῶς τ'. Alii νεῶν τ'. Quod ad sententiam attinet, recte fortasse Schützius ἀκήρατον cum ναῦν coniunxit, intellecto κατὰ, quam ellipsin illo tempore nemo suspectam habebat. Etiam Lobeckius in Paralip. p. 263. ἀκήρατον ad ναῦν refert. Quamquam res eodem redit, si ad ναῦν apposita sunt ἀκήρατον σκάφος, ut dicat nos navemque, illacsum alveum. Utrovis enim modo significat alveum navis integrum servatum esse, etsi malo, antennis, remis contractis.

640. ἡξήτῃσαιτο Flor. ἡ' ξητήσαιτο Farn. Vict. Schützius ἡ' ξηγήσαιτο. Cui quae Blomfieldius obiicit, verbum illud a tragicis hoc signi-

ficatu non usurpari, praetereaque ea emendatione sententiam debilitari atque enervari, quod nulla sit oppositio inter duo verba, quae insit vulgatis: *aliquis deus (fatis) nos suffuratus est vel impetrando servavit*: in iis non multum veri est. *Ἐξηγήσατο est ducem se praebuit*. Et ita Sophocles Oed. Col. v. 1520.

χῶρον μὲν αὐτὸς ἀτίκ' ἐξηγήσομαι  
ἄθικτος ἡγητῆρος.

Et v. 1587.

ὡς μὲν γὰρ ἐνθ' ἐνδ' εἶρε, καὶ σὺ που παρὼν  
ἔξοισθ', ἡγητῆρος οὐδενὸς φίλων,  
ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος.

Nam ex ἡμῶς et ναῦν apud Aeschylum dativos ad hoc verbum repetendos esse non est quod moneam. Deinde opponi sane sibi potuerunt ἐξέκλειψεν et ἐξηγήσατο. Nam aut subducere deus navem ex procella potuit miraculo aliquo, ut Paridem Venus II. III. 380. τὸν δ' ἐξήραξ' Ἄφροδίτη, ῥεῖτα μάλ', ὥστε θεός, et Hectorem Apollo, quod iisdem verbis dictum XX. 443. idemque similiter Agenorem XXI. 597. aut potuit sine miraculo adiuvare navem gubernantes, ut vincere undarum ventorumque impetum contingeret. Contra quid est *impetrando servare*? A fati scilicet. At haec Blomfieldius intulit, non memoravit Aeschylus. Wellaueri interpretatio, *deus aliquis aut dolo aut precibus effecit ut servaremur*, paene ridicula est. Quem enim precetur deus maiorem deo? Sic quoque ad fatum nusquam memoratum reiiceremur, idque exoratum, quamvis natura sua inexorabile sit: aliter enim ne esset quidem fatum. Et cur tandem addidisset Aeschylus οἰακὸς θιγῶν, in quae verba interpretes isti ne oculos quidem coniecisse videntur? Sed Schützii tamen illud ἢ ἐξηγήσατο hoc habet incommodi, quod ἐξ aliter in ἐξηγήσατο quam in ἐξέκλειψεν dictum est. Itaque recte mihi videor scripsisse ἢ ἐξηγήσατο. V. Lob. ad Phryn. p. 718. Id verbum recte in ἐξηγήσατο mutatum est in Demosthenis or. fun. §. 31. p. 1399, 2. Sed firmum stare videtur in Aristophanis Thesm. v. 760.

τίς τὴν ἀγαπητὴν παιδα σοῦ ἐξηγήσατο;

Quod si forma ista vulgaris sermonis fuit, optime convenit praeconi. Iustissima autem sic est verborum apud Aeschylum oppositio.

642. Quod libri habent, ναῦν θέλοισ', in eo nihil est quod magnopere reprehendatur, tuitusque est Abreschius. Canteri tamen coniectura, ναῦν σιελούσ', a Porsono recepta est. Recte intellexit Blomfieldius requiri praesens: quare ναυστολοῦσ' edidit, quae Casauboni coniectura est, valde illa quidem probabilis.

643. Butlerus coniecit ἀνόρμιος. Heathius, miro modo ἐν ὄρμῳ κίματος iungens, navium in ancoris stationem intellexit. At ea aperte ab ὄρμῳ distinguitur in Suppl. v. 734.

δῦτοι ταχεῖα ναυτικοῦ στρατοῦ σιολή,  
οὐδ' ὄρμιος, οὐδὲ πεισμάτων σιτιρία

ἔς γῆν ἐνεγκεῖν· κοῦδ' ἐν ἀγκυροχίαις.  
Φαρσοῦσι ναῶν ποιμένες πυραυτικά.

Hoc dicit poeta, ut neque in portu fluctibus iactaretur navis, quo impeditur exscensio in terram, retroque in mare navis reiiceretur, neque in saxa et scopulos illideretur.

649. Inutilis Valckenarii coniectura est ἀμπνέων.

651. Libri ἡμεῖς δ' ἐκείνους ταῦτ' ἔχειν δοξάζομεν, recte. Schützius ἡμεῖς δ' ἐκείνους ταῦτ' ἔχειν δοξάζομεν, et ταῦτ' ex Stanleii coniectura etiam Blomfieldius.

652. Aurati coniecturam, δ' ἄρ' οὔν, quam suffuratus est Stanleius, recepit Blomfieldius. Male. Non, ut Wellauerus putat, cur fausta cupienda et exspectanda sint, caussa additur, sed potius, quoniam praeco, quum optat, sperare se indicat, addit cur speret.

654. Aurati coniecturam, εἰ γ' οὔν, suam fecit Stanleius. Recepit eam Boissonadus, sublata in fine praecedentis versus plena distinctione, et plene interpungens post ἔξαναλωσῶσι γένος, quo tollitur concinnitas. Vossius εἰ γοῦν, non male. Blomfieldius εἰ γάρ. Nihil mutandum est. *Ei δ' οὔν est si igitur. τίς ἀπτίς Flor.*

655. Libri καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα. Toupius Emend. III. p. 557. ex eo quod apud Hesychium legitur, χλωρόν τε καὶ βλέποντα (male scriptum βλέπον), ἀπτί τοῦ ζῶντα, scribendum censuit χλωρόν τε καὶ βλέποντα, mea quidem sententia verissime. Sed Blomfieldio ridiculum videtur χλωρόν, iuvenem. Quid vero, ut ridicule interpretaretur, eum impulit? *Valentem intelligi poeta voluit.*

657. τίς αὐτόν Flor.

658. κλύων Flor. ut Vict. sed ab eadem manu εἰν supra scripto. κλύειν Farn. cum glossa ἀκούειν.

659. Si recte legitur ὠνόμαζεν, intelligendum putem ita ut sit *coepit nominare*. Sed dubitari potest an ὠνόμαζεν scripserit Aeschylus. V. ad Eur. Iph. Aul. v. 418. 1072. Σφετεριζόμενοι dixit Aeschylus Suppl. v. 38. Infra v. 751. verum fortasse est *σεβίξω*, quod Flor. praebet.

661. Libri *προνοίαις*. Emendavit Pauwius. Hoc dicitur, *an aliquis, quem non videmus, satis destinatorum praescius linguam opportune regens?*

664. Hunc versum non logaoedicum esse, qui sequuntur Anacreontei videntur arguere. Quare, ut concinni sint inter se concordantes numeri, prima syllaba recidenda esse videtur, ut sola per se constet:

— | — — — — — — — — — —

666. Libri ἑλένας. Id Salmasius in Exerc. Plin. p. 78. Dorice pro ἑλένας dictum esse putavit. Scholiastae ineptae explicationi, ὁ ἐλῶν καὶ καθελῶν τὸν τῆς Ἑλένης ἄνδρα Ἀλέξανδρον, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ, Scaliger haec adscripsit, "si Agamemnon est ἑλανδρος τῆς Ἑλένης, non tamen propterea Ἑλένη dicta fuerit ἀπὸ τοῦ ἐλεῖν." Schnei-

dewinus ad Ibycum p. 146. Ἐλεναῖς. Quod graviter vituperat Lobeckius Paralip. p. 228. defendens ἑλένας, sed ut non satisfaciat. Recte ἑλένας Blomfieldius et Elmsleius ad Bacch. v. 508. ubi aliquot similia ex tragicis exempla congescit. Ceterum et numerorum concinnitas, et quae in recitando tribuenda singulis verbis vis est, monstrat non posse hunc cum sequente versu in unum coniungi numerum, sed in ἑλέτολις ultimam syllabam ancipitis lege pro longa esse.

667. Ad ἄβροτίμων in Farn. adscripta est interpretatio τῶν λίαν τιμίων. Salmasius in Exerc. Plin. p. 78. scripsit ἄβροπήνων, quod Porsonus et Blomfieldius receperunt. Vsus est hac voce Lycophron v. 863. quem ab Aeschilo eam sumpsisse Blomfieldius conicit ex eo quod paullo ante ad v. 855. a Tzetzā dictum est γίνωσκε, ὃ Ἀνκόφρων, ὅτι τινὰς μὲν λέξεις ἀπ' Αἰσχύλου κλέπτεις. At id ad εὐμαρίδας spectat. Interpretem codicis Farnesiani aliquis ἄδροτίμων legisse suspicetur. Ego quidem etsi aptissimum esse ἄβροπήνων fateor, tamen audacius compositam vocem eo minus spreverim, quod simili ἄβρόπλουτος Euripides usus est in Iph. Taur. v. 1147.

668. Quid προκαλύμματα sint declaratur Pollucis verbis III. 37. τὸ δὲ παρὰ τῆ ἐὺνῆ περιπέτυσμι πασιτός. Scriptum ἐπλευσεν in libris est.

669. Bene Wakefieldius in Silva crit. I. p. 41. huc rettulit Hesychii adnotationem γίγαντος, μεγάλου, ἰσχυροῦ, ὑπερφνοῦς.

671. 672. Libri πλάταν ἄφαντον κελσάντων. Ad πλάταν in Farn. adscriptum τὴν κόπην. Canterus πλάτας coniecit, Heathius πλατῶν. Et potuit profecto ἴγνος πλατῶν ἄφαντον coniungi, quum πλάται numero plurali etiam unam navem interdum significent, ut in Iph. Taur. v. 1140. 1358. Deinde κέλσαντες Blomfieldio teste Auratus, quem Spanhemius ἔκελσαν τὰς coniecisse scribit, et Musgravius. Recepit hoc Porsonus: sed quum ita interpunxerit, κυναγοὶ κατ' ἴγνος, πλάταν ἄφαντον κέλσαντες Σιμόντος ἀκτὰς ἐπ' ἀξιφύλλους, pervertit sententiam. Non enim persequentium, sed eorum quos persequabantur navis ἄφαντος erat dicenda. Id animadvertens, ut videtur, Blomfieldius, in ceteris sequens Porsonum, κατ' ἴγνος πλατῶν ἄφαντον scripsit. Nihil mutandum esse vidit Wellauerus. Paris enim et Helena sunt de quibus dictum est κελσάντων πλάταν ἄφαντον ἐπ' ἀκτὰς Σιμόντος, quorum κατ' ἴγνος sunt (nam omisum est εἰσί) illi qui eos persequuntur armati. ἀκτὰς Flor.

673. Mirum est quod Porsonus et servavit ἐπ' ἀξιφύλλους, quod in Flor. Vict. est, et ne dubitationis quidem notam apposuit. In Farn. paullo emendatius scriptum, Elmsleio teste, εἰς ἀξιφύλλους, et additum συνίλησις. Sed εἰς pro ἐπ' esse scriptum non adnotavit Bekkerus.

676. τελεσιφρων, ut Arnaldus scribendum vidit, Farn. τελεσίφρων Flor. Vict.

677. 678. ἔλασε τραπέζας ἀτίμως, ἴν' ὑστέρω χρόνῳ Flor.

Vict. ἤλασε τραπέζας ἀτίμως ἐστέρῳ χρόνῳ, adiectis glossis ἐπέφερε et ἔνεκα, Farn. ἤλασεν Porsonus. Cantero ἀτίμωςιν debetur.

681. Quod librū habent, *τίοντας*, quum visum esset *honorantes* significare, non mirum est de scriptura dubitatum esse. Male vero Blomfieldius *τίοντος*, Schültzii coniecturam, recepit, id ut esset *punitentis*. Id Graece diceretur *τιομένον*. Intelligendum est *luentes*. Hoc autem vereor ne Aeschylus non dixerit insolenter *τίοντας*, sed *τίοντας*. Adverbium *ἐκφάτως* Blomfieldio idem quod *ἀφάτως* esse videbatur. Invenitur *ἐκφρατος* apud Maximum v. 451. ἢ *διχόμενον ἄγοι σέλας ἐκφρατον*. Sed non ut *ἐκνόμως* atque alia huic similia *ἐκφάτως* dici potuit. Magis crediderim *supra modum dicendum* significare, sicut in malam partem *ἐκτόλμως* dictum est a Manethone III. 331.

682. *ἐπέφρεπεν*, cum glossa *ἤρμοζεν*, Farn. *ἐπεφρεπ* Flor. Recte *ἐπέφρεπεν* Vict. Hoc verbo supra v. 236. activo, hic neutrali poeta usus est. Nescio autem an scribendum sit *ὑμέναιον οἷς τότ' ἐπέφρεπεν γαμβροῖσιν ἀεῖδειν*, *luentes laudem nuptialem, quibus tum hoc incubuit ut hymenaeum sponsis canerent*.

685. Auratus *γεραιοῦ*. Apte Stanleius comparavit Horatii Carn. I. 15, 18. *et regnum Priami vetus*.

688. Libri *παμπρόσθη πολύθρηνον*. Posteriorem vocem Schültzcius aliquando censuit in *πολύδακρον* mutandam esse, quoniam apud Hesychium scriptum est *πολύδακρυ, πολύθρηνον*. Ad priorem emendandam quae allata sunt, ut inepta et aperte falsa omittam, sensum certe praebent *παμπενθῆ* Aurati et *παμπήθην* Schültzii. In Opusc. IV. p. 337. hanc protuli emendationem, *κικλήσκουσα Πάριν τὸν αἰνόλεκτρον πάμπροσθ', ἢ πολέθρηνον αἰῶνα*. Melior tamen est et, ut puto, vera Seidlerii emendatio, *κικλήσκουσα Πάριν τὸν αἰνόλεκτρον, παμπορθῆ πολέθρηνον αἰῶνα*.

689. 690. Libri *αἰῶν' ἀμφὶ πολίταν*. Genitivum *πολιτῶν* Auratus, Scaliger, alii restituerunt. Deinde *μέλεον* Flor. ex correctione pro ante scripto *μέλαιον*. Meam emendationem Humboldtus expressit, *αἰῶνα, φίλον πολιτῶν μέλεον αἰμ' ἀνατλάσα*. Non norat *ἀμφὶ* scholiastes, qui haec adscripsit, *αἰῶνα πολέθρηνον καὶ μέλεον αἶμα ἀνατλάσα*.

693. *οὔτος ἀνήρ* Flor. Vict. sed in Flor. ad ultimam *οὔτος* vocabuli syllabam *ως* supra adscriptum est, habetque *οὔτως* Farn. Id Auratus coniectura assecutus erat. Non est illa tamen, ut ex metro cognoscitur, vera scriptura, sed *ὄδ'*. Id et sic et *ὄδ'* esse videtur scriptum, ut alii *οὔτος*, alii *οὔτως* interpretandi caussa apponerent.

697. Libri *ἔσχ'*. In Farn. glossae adscriptae *πρόσεσχε, προσῆλαθε*. Casauboni Pearsonique coniecturam *ἔσχ'* a Blomfieldio, Wellauero, Scholefieldio receptam videas quod ea forma in Persis v. 658. inveniatur. At nec veri simile est hic tam exili forma dicendi usum esse poetam, et quid tandem reprehendat quis in librorum scriptura, quum *ἔχειν* neutrali significato non raro dicatur? Supra v. 176.



Ἀγαϊκὸς λείως, Χαλκίδος πέραν ἔχων παλιρρόθοις ἐν Ἀυλίδος τόποις.

698. νεοτρόφον Flor.

702. τοκίων Flor. Vict. τοκίων recte Farn.

703. χάριν γὰρ τροφᾶς Flor. Vict. χάριν γὰρ τροφεῦσιν Farn. quod receperunt Blomfieldius et Scholefieldius, quia, si v. 693. οὕτως legitur, metra exaequantur. Corripit hunc locum Wellauerus, quum ἔθος τὸ πρόσθε τοκίων scripsit, quod ipsi sensus poscere est visus. Altero in versu ex Pearsoni Heathiique sententia χάριν τροφᾶς γὰρ posuit. Hoc ego quoque probandum censui, qui τροφεῦσιν Triclinii coniecturam esse credam, numeros quidem eodem praebentem quos servatum in stropha οὕτως habet, sed eos, si quid video, non satis concinnos.

704. ἄταισιν Farn. Vict. ἄταις Flor. In Farn. adscripta interpretatio ἦγον πολέμοις. Fuerunt qui ἄγραισιν aut σὺν ἄταις scribendum esse putarent. Quod ego in El. doctr. metr. p. 326. proposueram, ἄγραισιν, receperunt Blomfieldius aliique, sed non explicuerunt. Patet autem non esse dictam eam vocem ut v. 126. ubi invidiam atque indignationem significat, sed eandem vim habere atque ἄγος. Proprie enim stuporem significat admiratione ortum, quae quum rei malae atque infandae magnitudine excitatur, coniuncta est cum indignatione atque aversione animi. Inde ἄγη etiam de ipsa re, quae eos sensus excitat, dictum esse videri potest. Sic in Choeph. v. 820. ἐνδοθεν φοινίαν ἄγαν τιθείς, nam ibi quoque male legitur ἄταν. Sed fateor id et mirum videri nec satis aptum huic loco. Quare non dubito quin ab ἄγη diversum fuerit ἄγη, factum ab ἄζω, quod significaret consecrationem, sacrificium. Nam ἄζεσθαι est sibi sacrum reddere, ut, si ἄζειν activum umquam in usu fuit, id consecrare alii aliquid esse debuerit. Conspirat autem ἄγρός, quod consecratum proprie significavit. Simul ex hac duarum vocum confusione explicari potest interpretationis apud grammaticos fluctuatio.

707. ἄμυχον δ' ἄλγος Flor. Vict. Particulam, quam Pauvius vidit delendam esse, omittit Farn.

710. Libri προσειράγη. Heathius προσειρέφθη, qui videtur scribere voluisse προσειρέφθη, quod reposuit Porsonus.

711. πάραντα δ' ἐλθεῖν Flor. παραντὰ δ' οὖν ἐλθεῖν Farn. Vict. Et οὖν quidem atque in antistrophico versu τοῖς iam ante cognitam Flor. codicis scripturam a me deleta erant. In πάραντα hunc accentum tenui, quo hodie quoque Graecos uti testatus est Coraes in dissertatione Prodromo bibliothecae Graecae praemissa p. 50. Hesychius πάραντα, παραχρημα, εὐθέως, παραντίκα. Vitiosam eam prosodiam putabat Dorvillius ad Char. p. 311 (388).

713. Libri ἀκασκαῖον ἄγαλμα. Post ἄγαλμα distinctionem addidit Stanleius. Porsonus ἀκασκαῖον δ' edidit: quem omnes secuti sunt. Porsonus enim si praesul soloecismum facit, quis non redamtruet olli? Ἄε non habet locum nisi aut verbo vel novo addito vel repetito priore,

aut rebus quae per μέν et δέ distinguuntur sibi oppositis, ut paullo post v. 730. de quo genere dixit Boeckhius ad Pindari Pyth. XI. 1. Itaque in Aiace v. 624. scribendum est

ἢ που παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἡμέρα  
λευκῶ τε γήρῳ μᾶττηρ νιν ὅταν νοσοῦντα  
φρενομόρως ἀκούσῃ,

quamvis libri omnes δέ habeant. Eodem modo Aeschylus versus corrigendus erat. Illud μὲν — τε vel μὲν — καί frequens est apud Pindarum. Ἀκασκαῖον explicandum ex Hesychio, ἄκασκα, ἡσίγως, μαλακῶς, βραδέως. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 371, 1. ἄκασκα, ἡσιγα, βραδέα (legitur φαρδέα). Κρατῖνος Νόμοις.

ἢ πρεσβῦται πάντῃ γηραιῶι, σκήπτροισιν ἄκασκα προβιῶντες. Eustathius p. 669, 28. τὸ δὲ ἀκῆν, περὶ οὗ ἀλλαγῶ εἴρηται, εὔρηται λεγόμενον καὶ ἀκασκᾶ. Αἴλιος δὲ Διονύσιος καὶ χρῆσιν παρὰ γὰρ Κρατῖνον ταύτην “σκήπτροῖσιν ἄκασκᾶ προβιῶντα.”

716. παρακλίνοσ' Farn. Vict. Coli signo post hanc vocem interpungunt Vict. Cant. Auratus παρακλινοῦσ' ἐπέκρανεν, si recte notavit Spanhemius. Certe viderat Auratus verbum hoc cum sequentibus coniungendum esse, quod monuerunt deinde etiam alii, non illi tamen rem apertissimam persuadentes Porsono Blomfieldioque. In Flor. scriptum est παρακλίνασ', idque propter codicis auctoritatem praetuli. Dictum id est neutraliter, *declinans*, i. e. a pristina via decedens.

717—721. πικρὰς Farn. Vict. πικροῦ, sed ἄς supra scripto, Flor. Idem liber τελευτᾶς, sed circumflexo in gravem mutato. Obscuram atque ambiguum reddiderunt horum versuum interpretationem qui sic interpunxerunt, γάμιον πικρὰς τελευτᾶς, δύσεδρος καὶ δυσόμιλος, συμμένα Πριαμίδαισι, πομπῆ Διὸς ξενίου, νυμφοκλαντὸς Ἐριννός. In Vict. Cant. nulla post τελευτᾶς et δυσόμιλος interpunctio est. Haec posterior si omittitur, Helena dicitur δύσεδρος καὶ δυσόμιλος συμμένα Πριαμίδαισι, postremis autem verbis significatur eam Iovis missu pro Furia esse. Rectius videtur virgula interpungi post τελευτᾶς, cetera autem omnia sine interpunctione continuari, Helena ut dicatur tamquam Furia δύσεδρος καὶ δυσόμιλος ab Iove missa Priamidis venisse. Ipsumque eo ducit συμμένα, verbum convenientissimum Furiae, quas magnis et rapidis gressibus ruere constat.

719. πριαμίδαισιν Bekkero teste Farn. πριαμίδαισι Flor. Vict.

721. ἔριννός Flor. ἔριννός Farn. Vict.

722. ἐν βροτοῖς Flor. ἐν τοῖς βροτοῖς Farn. Vict. Patet Triclinium voluisse trimetrum facere.

726. Libri διζόν. Correxerunt Pauwius.

728. Libri τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον. Emendarunt Pauwius et Heathius.

729. μετὰ libri. Male Auratus τέκνα coniciebat. Satius erat per anastropheν indicare μετὰ esse *post*.

731. Recte libri γάρ. Malam Aurati aliorumque coniecturam δ' ἄρ' Porsonus alique receperunt, non animum advertentes ad usum eum quo γάρ in sententia parenthetice inserta dicitur: *nam illud quidem non dubium est, iustae domus prosperam sortem esse.* Ac δ' ἄρ' ne potuit quidem dici.

736. 737. τότε ἢ τότε' ὅταν τὸ κύριον μόλη νεαρά φάους. κότον Flor. Farn. et omissa post φάους interpunctione Vict. Improbabilia multa de his versibus prolata sunt, neque nunc probo quae ipse olim proposui. Κότον explicatio esse videtur, adscripta ad δαίμονα τὸν ἄμαχον. Aeschylum autem scripsisse putō

τότ' ἢ τότε', ἔστ' ἄν ἐπὶ τὸ κύριον μόλη  
νέε ῥαγαῖ.

738—740. δαίμονά τε τὸν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον Θράσος μελαίνας μελάθροισιν ἄτας εἰδομέναν τοκεῦσιν Vict. Sic etiam Flor. nisi quod μελάθροις et τοκεῦσι habet. In Farn. μελάθροισιν et τοκεῦσιν scriptum est, omissum autem ἄμαχον, quod Triclinius expulit, atque ad ἀπόλεμον adscripta glossa τὸν ἄμαχον, ἀντι μιῶς. Scribendum esse δαίμονά τε τὰν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον, dixi in adnotationibus ad Humboldti interpretationem. Quod additur Θράσος ἄτας idem est quod Θρασεῖα ἄτη, neque opus est ut εἰδομέναν cum Casaubono et Heathio in εἰδομέναν mutetur, neque ut cum Aurato μελαίνας ἄταν scribatur.

742. δώμασιν Farn. δώμασι Flor. Vict.

744. τὰ χρυσόπαστα δ' ἔσθλα Flor. Vict. τὰ χρυσόπαστα' ἔσθλα Farn. Praeclare Auratus τὰ χρυσόπαστα δ' ἔδεθλα, quod suum fecit Stanleius. Recepit Schützius, non etiam alii, quamquam evidentissime verum. Vsus ea voce Callimachus h. Apoll. v. 71. qui ibidem v. 61. et in hymno Deli v. 228. ἔδεθλιον dixit.

745. παλιντρόποις, quod Flor. Vict. habent, Elmsleius etiam ex Farn. attulit, Bekkerus autem παλιντροπ', eumque verum vidisse putō. Volebat enim Triclinius haec verba, παλιντροπ' ὄμμασι, respondere illis, νεαρά φάους κότον. Non potest autem dubitari quin verum sit παλιντρόποις.

746. Libri προσέβα τοῦ. Articulus iste huc ex sequente versu venisse videtur, quum supra scriptus esset ad πλούτον. Pro προσέβα in adnotationibus ad Humboldti interpretationem scribendum esse conieci προσέβαλε, quo verbo attendendi reputandique significatu usus est Sophocles in Trach. v. 580. χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα, προσβαλοῦσ' ὅσα ζῶν κείνος εἶπε, et iterum v. 844. τὰ μὲν οὐτι προσέβαλε. Sed et artificiosius quaesitum et non satis aptum huic loco, qui simplicius ideoque gravius verbum desiderat, προσβάλλειν est. Scribendum potius erat προσέμολε.

748. Libri πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμῆ. Duplicem Stanleius explicationem proposuit, omnia dirigit ad finem, et omnium rerum exitum dirigit et disponit. Prior interpretatio vel propter ambiguitatem admitti non

potest, dicique hoc sensu debuit πάντα. Altera non congruit cum verbis, nisi voluit omnem exitum intelligi. Nec placet tmesis. Aperte πάν τέρμα coniungendum, ἐπι autem, quod sine nomine positum retractionem accentus requirit, dictum est ita ut referatur ad utrosque qui ante sunt commemorati. Nam quum chorus, a communi opinione dissentiens, recte factis prospera, male factis funesta gigni ostendat, Iustitiam, quae humilis casae probitati faveat, opulentiae autem domus impuras manus aversetur, omnem attribuire ait exitum, i. e. bonum et malum, ut quisque sit meritis. Haec omnia etsi chorus cogitatione malorum, quibus Troiani raptum Helenae luerunt, commotus dicit, tamen simul referuntur ad metum, quo ab ipso in orchestram accessu plenum se esse prodit, ne Iphigeniae immolatio alicuius tristis eventus causa exsistat. Hinc intelligitur cur sic, ut mox facit, Agamemnonem alloquatur.

749. Libri πολύπορθ'. Recte Blomfieldius formam Homeri usu stabilitam posuit.

751. σεβίζω Farn. Vict. Doricam formam σεβίζω Flor. habet, nescio an recte. Vsitatio certe est in deliberatione de eo quod agendum sit aoristi coniunctivus. Quamquam aliquando etiam praesenti utuntur, τί δρω; τί δρωμεν; τί λέγω; et similia dicentes.

753. τὸ δοκεῖν εἶναι significare esse videri monui ad Vigerum adn. 20. Philemo apud Stobaeum IX. 22.

ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν,  
εἶναι δίκαιος καὶ δοκεῖν εἶναι θέλει.

754. παραβάντες Flor. Vict. παραβαίνοντες Farn. Triclinius enim male saevit in huius carminis paroemiacos.

755. Hunc et quattuor sequentes versus affert Stobaeus CXII. 12. apud quem, ut in Aeschyli libris, τῷ δυσπραγοῦντι δ' est scriptum. At id, quoniam quae sequuntur explicandis per duo opposita praegressis inserviunt, τῷ δυσπραγοῦντι τ' erat scribendum. Sic infra v. 803.

756. δεῖγμα Flor. Vict. δῆγμα Farn. ut apud Stobaeum legitur, quod Stephano probatum primus recepit Canterus. In codicibus Stobaei A. B. nihil amplius scriptum legitur quam τῷ δυσπραγοῦντι δ' ἐπιστεναχεῖν πᾶς τις ἔτοιμος, omissis reliquis.

757. Farn. ex Triclinii iudicio προσεφικνεῖται.

758. καὶ ξυγχαίρουσιν Flor. Farn. Vict. Apud Stobaeum καὶ νυκτὶ δὲ χαίρουσιν. Id ego quum deleto καὶ probassem, Blomfieldius ea correctione locum penitus enervari pronuntiavit: nam manifesto coniungi homines qui ridentibus adrideant et stentibus adflectant, qui parati sint τῷ δυσπραγοῦντι ἐπιστενάχειν καὶ τῷ χαίρουντι ξυγχαίρειν. De sententia loci recte iudicavit: verum non debebat eam enervari illa lectione dicere, auget enim priorem partem sententiae, sed privari altera parte, nisi quis eam excidisse statueret. Id vero facere debebam. Moverat enim me et scriptura Stobaei, et quod ἀγέλαστα πρόσωπα βιάζεσθαι potius fingere vultum ad ostendendam coactam tristitiam, quam tristem

vultum cogere ut laetus appareat significare videretur. Νυχτί ὁμοιοπρεπεῖς autem defendi poterat Homericō νυχτί ξοικίως. Aliud vero, quod maxime debebat, non reprehendit Blomfieldius. Nam si νυχτί δὲ χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς legitur, verbum principale χαίρουσιν positu suo male obscuratur, quod isto si loco poneretur, praecedere debebat ἔνδον vel κρίβδα, quod probe sentiens Humboldtus vertit quasi ita scriptum esset. Ob eam causam repudiavi ego quidem iam dudum istam coniecturam rediique ad Aeschylī librorum lectionem, sed aliter quam Blomfieldius. Primo ipsa loci ratio ostendit, omnium maxime necessarium esse, ut memorentur qui gaudere se aliorum rebus bene gestis simulant. Nam rege et sospite et victore reverso gaudere quum Clytaemnestram, tum chorum par erat, qui quod non tanta quanta expectari poterat laetitia exsultat, hac excusatione utitur: idque sic facit ut simul, quoniam non vacuus metu est propter reginam, quam et scit et modo vidit non sincero animo laetari, moneat regem ne fidat simulato gaudio. Quae autem dicit de simulatione, ea apertum est male nexa esse cum praegressis, si legitur τῷ δευπραγοῦντι δ' ἐπιστενύχειν πᾶς τις ἔτοιμος. Nam quod aiunt δὲ pro γάρ poni, quum per se vanum sit, ἄμν falsum esse apparet ex diverso genere probandi. Nam γάρ simpliciter rationem reddit, δὲ autem vel repetenda eadem re vel nova addenda modo graviter asseverat, modo leviter comprobatur, non etiam explicat et dividit praegressa. Ex quo patet hic τῷ δευπραγοῦντι τε dicendum fuisse, tantoque mox καί. Deinde etsi quum hiatum facit βιαζόμενοι defendi fortasse possit propter aliquam pausam in dicendo factam, tamen non esse ab Aeschylō admissum dubitari non potest. Amat Aeschylus brevia anapaestorum systemata, et quum etiam saepius quam necesse sit utatur paroemiaco, quis sibi persuadeat adhibitum esse in media sententia,

οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται,

non esse autem adhibitum, ubi maxime debebat, in fine totius sententiae? Quin egregie confirmat omissi paroemiaci suspicionem universa descriptio carminis huius anapaestici, quae non temere ut casus ferebat, sed quadam ratione proodica facta esse videtur, ut primum systema, quod est versuum sex, duo sibi respondentia trium versuum systemata exciperent, quarto systemati autem, quod quattuor versuum est, duo subiicerentur systematum paria, utrumque ex duobus systematis constans duum et trium versuum cum dimidiato, hac forma, 6. 3. 3. 4. 2. 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. 2. 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. Quam ob causam in carminis fine dimidiati istius versus omissionem, etsi ad sententiam nihil deest, notandam signis putavi. Quod si deest aliquid post βιαζόμενοι, illud incertum manet, utrum ξυγχαίρουσιν participium sit constructum cum ὁμοιοπρεπεῖς, an sit verbum, ὁμοιοπρεπεῖς autem dictum pro ὁμοίως, i. e. pari, ut qui dolere se cum dolentibus videri volunt, simulatione, quae Elberlingii sententia est. Si tertiae personae est ξυγχαίρουσιν, suspicari licet excidisse δευραρασκόμενοι

γελάσονται. Certe δυσχερασκομένοι apud Hesychium, et fortasse etiam δυσχερασκομέντην, non minus Aeschylea esse credam quam δυστειμίηται in Septem c. Thebas v. 1031.

759. Grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 336, 29. ἀγέλας πότων Εὐριπίδης εἶπεν, ἀνδρῶν δὲ ἀγέλας Πλάτων. ἀγέλαστα δὲ πρόσωπα Αἰσχύλος. Postrema verba ex alio articulo irrepsisse conicias: sed videtur grammaticus legisse ἀγέλας τὰ πρόσωπα, uti scriptum est in Stobaei editione Trincavelliana, τὰ πρόσωπα τῆς ἀγέλης dixisse Aeschylum ratus, quod ille mox memorat προβατογνώμονα.

760. De omisso versu paroemiacō v. ad v. 758.

761. προβατογνώμων Flor. Etym. M. p. 236, 49. γνώμων, ὁ ὁδοῦς τῶν ἀλόγων ζώων. ἔνθεν καὶ προβατογνώμων εἴρηται, ἀπὸ τοῦ τὸν χρόνον διαγιγνώσκεισθαι. Mire scholiastes ἤγουν ἀπλοῦς καὶ ἄκακος τὴν γνώμην.

764. Ὑδαρεῖ φιλότιτι Schützius de benevolentia humore ex oculis stillante prodita dictum putabat, non ille quidem recte, sed tamen ut, qui aliter senserunt, ostendere debuerint, quomodo ὕδαρὸς φιλότις hic ita dici potuerit de parum sincera amicitia, ut verbi usus postulat, a P. Victorio Var. Lect. I. 13. Aristotelis verbis in Polit. II. 8. (4. p. 27, 19. Bekk.) confirmatus, ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὕδαρῆ γίνεσθαι διὰ κοινωνίαν τὴν τοιαύτην. Exspectes enim propter τὰ δοκοῦντα εὐφρονος ἐκ διανοίας contrarium, oculos, qui videantur sinceram prodere amicitiam, quae tamen non sit talis, aut omissis δοκοῦντα εὐφρονος ἐκ διανοίας simpliciter τὰ ὕδαρεῖ σαίροντα φιλότιτι. Quare sic statuendum est, in recitando hanc vocem ὕδαρεῖ brevi ante et post pausa facta a ceteris verbis separari, ut non ad δοκοῦντα εὐφρόνως ἐκ διανοίας referatur, sed ipse quid de ea sentiat chorus indicet. Attii memorantur Agamemnonidae, quae fabula, si quid ex nomine divinari licet, vel idem argumentum quod Aeschyli Choephorī et Sophoclis Electra habuit, vel totius Aeschyleae trilogiae quaedam epitome fuit. In ea apud Nonium in v. componere p. 260. non dissimilis sententia his versibus dicta est,

*multi, animus quorum atroci vinculus malitia est,  
composita dicta e pectore evolvunt suo,  
quae quum componas dicta factis discrepant.*

Comparari etiam licet Plautum in Colace apud Frontonem Ep. ad M. Caesarem II. 9.

*qui data fide firmata fidentem sefellerint  
subdoli subsentatores, regi qui sunt proxumi,  
qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animis habent.*

Editum est in animo.

766. Libri οὐ γὰρ ἐπιχεύω. Vitii signo notavit Porsonus. Musgravius et Butlerus σ' inseruerunt, quos secutus est Wellauerus. Quod Pauwio auctore posuit Blomfieldius, οὐ γὰρ ἐπιχρύσω, non scripsisset

Aeschylus; multo minus οὐ τὰρ ἐπικεύσω, quod idem aliquando se coniecisse ait. Hic quoque versus paroemiacus in acatalectum mutatus est. Aeschylum enim non dubito scripsisse οὐκ ἐπικεύσω.

767. 768. Elmsleius ad Med. v. 102. sine iusta causa scribendum censebat κάρτ' ἀπόμουσός τ' ἦσθα γεγραμμένος, οὐτ' εὖ πρᾶπίδων οἴκα νέμιων. Peior etiam coniectura Blomfieldii in glossario putantis legendum esse ἀπομούσων.

769. 770. Θράσος ἐκούσιον Flor. Vict. Θάρσος ἐκούσιον Farn. Deinde Farn. ex inepta Triclinii mutatione ἀνδράσιν εὖ θνήσκουσι κομιζών. Canteri coniecturam, Θράσος ἀκούσιον, Schützius, Porsonus, Blomfieldius, alii receperunt. Sed Blomfieldius vix satis se intelligere ait, quid sit θνήσκουσι, quod vertant *ad mortem destinatis*. Non tam in hoc verbo, quam in κομιζών causa est dubitandi. Nam quod crediderunt interpretes, fortitudinem involuntariam allatam viris ab Agamemnone esse dici, id vereor ne non sit Graece dictum, si additam animis illam fortitudinem intelligunt. Aliud enim κομιζειν est, quod significat *apportare* vel *adducere* ad aliquem ita ut quod assertur vel adducitur prope illum statuatur, aliud φέρειν, quod latius patet atque sic dicitur ut res allata etiam inseri ei ad quem assertur significari possit. Quod si posset hoc sensu dici κομιζειν, sententia bona esset, si Θράσος ἀκούσιον legitur. Recte vero Boissonadus recepit Θάρσος ἐκούσιον. Hoc ita explicandum est, *vehens (ad Troiam) spontaneam audaciam mori volentibus viris*. Id acerbe dictum de mortifera expeditione.

772. εὐφρων τις πόνος εὖ τελέσαισιν Farn. Vict. τις, quod a Triclinio additum esse apparet, non est in Flor. In πόνος εὖ τελέσαισιν libri conspirant. Bothii coniecturam, πόνον, in quam etiam Auratus incidit, receptam olim ab Schützio, deinde reiectam, Blomfieldius et Boissonadus admiserunt. Interpretatur Blomfieldius *hodie vero ex alta mente et vere benevolus videris, quum iam laborem feliciter perfecerint*. Pessima vero ista mutatio est, qua dictio poetica in pedestrem eamque non expeditiorem, sed impeditiorem convertitur. Nam sic εὐφρων de Agamemnone dictum esset, quod perversum est in novo systemate, si ἐστὶ suppletur, perversiusque, si refertur ad γεγραμμένος. Nam et nomen sibi suum et verbum proprium poscit novum systema. Quare intelligendum quidem ἐστὶ, sed servandum etiam πόνος. Εὖ τελέσαισιν autem est *per eos qui perfecerunt*, sive πόνος sive πόνον legas. Est autem πόνος εὐφρων acceptus.

773. Libri γνώση.

775. De omisso monometro dictum ad v. 758. Poterat dici σοῦ ἀφροστῶτος.

778. Μεταίτιος dixit, ut saepe solent, pro simplici αἰτίους. Luculentum exstat exemplum in Soph. Trach. v. 1234.

ἦ μοι μητρὶ μὲν θανεῖν μόνῃ  
μεταίτιος, σοὶ τ' αὐθις ὡς ἔχεις ἔχειν.

780. De formula ἀπὸ γλώσσης vide Suidam in v. ἀποστοματίζειν et Abreschium ad hunc Aeschyli versum. Non de caussidicis cogitandum est, sed de eo quod verbis tantum dicitur, non re est, ut οὐκ ἀπὸ γλώσσης sit non obiter ac negligenter. Opponitur enim ἀπὸ γλώσσης fere ei quod de scripto recitatur.

781. Porsonus quum dubitationis signum ad ἀνδροθνήτας appinxisset, non dubitavit Blomfieldius ἀνδροκμήτας reponere, quod eam vocem amet Aeschylus. Quasi non potuerit alia voce eaque fortiore uti. Ψήφους ἔθεντο Ἴλιου φθοράς pro ἐψηφίσαντο Ἴλιου φθοράς dictum esse hodie neminem fugit.

784. Libri χειρός. Casaubonus χειλός. Aliis placuit Pauwianum χειρός. Legrandius χωρίς. Porsonus vocem suspectam habuit. Merito. Est enim inutilis, sive educturam calculos ex urna manum, ut Schützius, sive immisuram, ut alii, intelligas. Nam quod Blomfieldio in mentem venit, χειρός οὐ πληρουμένῳ dictum esse ut sit ὑπὸ χειρός οὐ πληρουμένῳ, certo non inveniet a quo probetur. Eidem tamen non displicebat Bothii coniectura, προςίει χείρας. Scripsi χρεῖος, indiga.

785. Diversa sunt νῦν ἔτι, quod est hoc ipso tempore adhuc, et ἔτι νῦν, quod est etiamnum.

786. Difficultatem explicationis, quam hic locus habet, plerique ne animadvertisse quidem videntur. Partem eius aliquam perspexit Heathius. Nam συνθνήσκουσα requirit aliquid quicum mori favilla dicatur. Is igitur σύν τῷ πλούτῳ θνήσκουσαν intelligebat, ac proinde προπέμπει significare volebat deducit, vias comitem se adiicit. At vel si πλούτῳ legeremus, parum apta haec ratio dicendi esset, nisi praeposita illa voce, πλούτῳ δὲ συνθνήσκουσα. Neque vero προπέμπει hic aliud quam emittere significat. Quo igitur referemus συνθνήσκουσα? Num ad ἀλούσαν πόλιν? At et perobscurum id dictum esset, et obstant quae in medio posita sunt ἄτης θύελλαι ζῶσι, tantoque magis, quod hoc verbum ζῶσι contrariam notionem continet: quis enim θυέλλαις ζώσας συνθνήσκειν τὴν σποδὸν dicat? An respici putabimus rapiendi atque auferendi notionem, quae fere cum isto nomine θύελλα est coniuncta? At hoc quoque tam est obscurum, ut non possit magis esse. Praeterea vero ipsum etiam nomen θύελλα hic quidem, ubi de fumante urbe sermo est, non satis aptum videtur. Prorsus alienum est quod Stanleius comparavit Tryphiodori dictum v. 559.

παννύχῃ δ' ἐχόρευεν ἀνὰ πτόλιν, οἷα θύελλα,  
κῆμασι παγλάζουσα πολυφλοίσβον πολέμοιο,  
αἵματος ἀκρήτοιο μέθης ἐπίκωμος Ἐννώ.

Nam is de caedibus et strage loquitur, quam Graeci noctu in urbe capta ediderunt. Apud Aeschylum vero potius θνηταί, quam quas libri habent θύελλαι, exspectantur. Sic Sophocles El. v. 1421. φοινία δὲ χεῖρ στάζει θνητῆς Ἄρεος. Itaque scripsi ἄτης θνηταί ζῶσι, sacrificia et victi-



*mae pernicipi vivunt*: quod quum sit consumi igne omnia, recte potuit *συνθνήσκουσα σποδός* adiungi.

789. 790. Libri καὶ πάγας ὑπερκότους ἐπραξάμεσθα, nisi quod ἐπραξάμεθα est in edd. Vict. Cant. Etiam scholiastes καὶ πάγας legit. Tyrwhittus autem et Orellius ad Isocr. p. 371. coniecerunt χάρπαγας. Hoc si scripsisset Aeschylus, inepte adiecisset epitheton ὑπερκότους vel ὑπερκόπους. Et Blomfieldius quidem ex Heathii sententia ὑπερκόπους edidit, totam vocem ὑπερκότος ex lingua Graeca expellendam censens: de qua re dictum est ad v. 447. Nobis *iracunda retia* multo et significantius et aptius dici videntur, quam ὑπερκοποι πάγαι, quod ne satis quidem patet quomodo sit intelligendum. Scribendum vero erat ἐπραξάμεσθα. Infra v. 1334.

πᾶς γὰρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις  
δοκοῦσιν εἶναι, πημιονῆς ἀρκύστατ' ἄν  
φράξειεν ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος.

791. Porsonus dubitationis notam ad *Ἀργεῖον* apposuit, qua commotus Blomfieldius ἄγριον scribendum esse coniecit. Recte vero hic, ut Graecorum laudetur virtus, *Ἀργεῖον* dicit poeta.

792. ἀσπιδηστρόφος Flor. Vict. ἀσπιδοστρόφος Farn. recte, quod ad formam vocabuli attinet. Nam ἀσπιδηστρόφος iure in dubitationem vocatum a Lobeckio ad Phryn. p. 683. et Blomfieldio, quem v. in glossario ad Sept. c. Th. v. 415. Comparari potest Homeri illud II. VII. 238. οἰδ' ἐπὶ δεξιᾷ, οἰδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν ἀζαλέην. Sed multo hic quidem aptius est quod Blomfieldio debetur, ἀσπιδηφόρος.

793. ὄροσας Flor. De tempore captae urbis copiose dixit Stanleius. Conf. schol. Euripidis ad Hec. v. 914. (892. Matth.) et quos citavit C. G. Müllerus de cyclo epico p. 113. Magno cum doctrinae apparatu hanc rem disputavit Boeckhius in Corp. Inscr. vol. II. p. 328—330. Hic, quod ea tempestate anni, qua capta putabatur Troia, Vergiliae non occiderint noctu, Aeschylus autem vix aliam anni tempestatem in mente habuerit, audacius eum nocturnum tempus ἀμφὶ Πλειάδων δέσιν, antequam ortae essent matutino Vergiliae, dixisse censet. Haec quidem Aeschyli verborum explicatio manifesto non potest admitti; ut recte dixerit O. Müllerus in Notitiis litt. Gotting. a. 1834. n. 198. 199. nondum satis explicatum esse hunc locum. Credibile est autem Aeschylum eorum aliquem veterum poetarum, qui Ἰλίον πέρσιν scripserunt, secutum esse. Fabulam de Electra tetigit scholiastes Arati ad v. 257. et 259.

794. ὑπερθορῶν Vict. ὑπερθορῶν Flor. Farn.

795. ἄδδην Farn. quod neglexit Elmsleius.

796. Athenaeus XIII. p. 573. B. καταλέξω δέ σοι, Κύνουлке, Ἰωνικὴν τινα ῥῆσιν ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλου περὶ ἐταίρων. Meinekius Philol. Exerc. II. p. 29. κατὰ τὸν Αἰσχύλου Ἀγαμέμνονα Respicitur enim ad v. 796. 883.

797. Non recte quidem Schützius φρόνημι, ὃ μέμνημαι κλέων

coniecerat: sed qui id ei ut ineptissimum exprobrat Wellauerus, num quid aptius protulit, quum his verbis explicavit sententiam, *quod vero ad tuum erga me animum allinet, memini me audire? Hoc dicit, memini, neque obliuiscor, quae audiri.*

798. Libri ταῦτα. Emendavit primus Auratus.

799. Hic et sequens versus exstant apud Stobaeum XXXVIII. 29.

800. Consentiant et Stobaeus et Aeschyli libri in φίλων, quod Elmsleius aliquando in φίλων mutandum esse censuit. Mutavit tamen postea sententiam. Vide quae dixi ad Soph. Ai. v. 998. Deinde φθόνου Farn. Vict. Apud Stobaeum est ψόγου. In Flor. φθόνου, quod ut exquisitius recipiendum duxi. Plato leg. VII. p. 801. E. μετά γε μήν ταῦτ' ἤδη νόμος ἄνευ φθόνου εὐθὺς γίγνεται ἂν ὅδε.

801. Libri καρδίας. Casaubonus, Grotius in Excerptis, Pearsonus καρδιά, quod Blomfieldius recepit. Defendendam putavit librorum scripturam Lobeckius ad Ai. v. 191. p. 151. ed. sec. Ei qui assentitur Wellauerus, male memoravit Reisigii Enarrationem Oed. Col. ad v. 1162. qui prorsus de alio genere constructionis loquitur. In eadem sententia est Matthiae in Gramm. Gr. §. 409. 4. b. p. 748. sed hic quoque dissimilia consocians. Multo magis omnia conturbavit G. Bernhardt in Syntaxi p. 266. ut vel Sophoclis illud in Trach. v. 836. δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προστετακώς φάσιματι in exemplis accusativi cum verbis ε πρός compositis constructi afferret. Sed etiam cetera quae memoravit incredibili quodam modo confudit: quorum προστρέπεσθαι, προσέρπειν ne possunt quidem aliter pro significatione sua construi; alia autem accusativum propter subiectam notionem non verbi per se propriam poscunt, ut προσκνεῖν, προσεὔχεσθαι, προσπιῖζειν, προσκύρειν, προσερέγγεσθαι; alia denique eadem necessitate, quum de accessione ad aliquid dicuntur, accusativum requirunt, ut προσκαθέξασθαι. Thuc. I. 61. προσκαθεζόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν Πύδναν ἐπολιόρχησαν μὲν. Demosthenis quem locum dicat, nescio: si talem qualis p. 193, 5. ed. Reisk. de Samo. τὴν δέ, προσκαθεζόμενος καὶ βοηθήσας, ἤλευθέρωσε, ambiguum est accusativusne an dativus intelligi debeat. Plane autem fieri nequit ut προσπασσαλεύειν ita construatur. Nam quod affert Herodoti IX. 120. ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν Ξέρξης ἔξευξε τὸν πρόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαιύτου πόλιος, σανίδα προσπασσαλεύσαντες ἀνεκρέμασαν, id scripsit ille σανίδι vel, ut Schweighaeuserus edidit, πρὸς σανίδα, praesertim quum de eadem re eodemque homine VII. 33. dicat πρὸς σανίδα διεπασσάλευσαν, quod etiam πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν legitur. Nam σανίδα προσπασσαλεύσαντες non potest aliter intelligi quam, quod non credibile est dicere Herodotum voluisse, σανίδα αὐτῷ προσπασσαλεύσαντες. Quamquam fuisse videntur qui hoc probarent. Eustathius enim p. 1923, 43. scribit ἰστέον δὲ ὅτι εὐρόντες τινὲς παρὰ Ἡροδότῳ κείμενον τὸ "ζῶντα" τὸν δαῖνα "πρὸς σανίδα διεπιτιύλευσαν," ἐβιάσαντο κἀν-

ταῦθα ὁμοίον τι νοῆσαι καὶ ἐπὶ τοῦ “σανίδας δ’ ἐκδῆσαι ὀπισθεν.” ἀλλὰ κρεῖττον ἔστι νοεῖν ἀπλούστερον αὐτὸ ἀντὶ τοῦ τὰς θύρας κλείουντες ἐκδῆσαι αὐτὰς μετὰ ταῦτα. Dicit hoc de poena Melanthii Od. XXII. 173.

σφῶϊ δ’ ἀποστρέψαντε πόδας καὶ χεῖρας ὑπερθεῖν  
ἐν θαλάμῳ βυλέειν, σανίδας δ’ ἐκδῆσαι ὀπισθεν.

Nam hoc qui Herodoto auctore usi interpretabantur, male quidem, de asseribus alligatis Melanthio, eos non verba Herodoti quae in septimo, sed quae in nono sunt libro, spectasse apparet. Vt ad Aeschylum redeam, si is καρδιά προσήμενος dixit, assidentem cordi invidiam, sin καρδίαν προσήμενος, accedentem ad cor ibique locum occupantem intelligi voluit. A quo genere plane diversum est, quod Matthiae apposuit, Sophocli in Oed. Col. v. 1166. dictum.

τίς δῆτ’ ἂν εἴη τήνδ’ ὁ προςθακῶν ἔδραν;

Nam πρὸς refertur ad τῷ βωμιῶ, quod ex re ipsa intelligitur: ad Neptuni enim aram consederat Polynices: ἔδραν autem eo modo additum est, quo πονεῖν πόνον et innumerabilia alia dicuntur. Apud Aeschylum dativum praetuli.

802. Male Stanleius coniecit διπλάζει. V. Lob. ad Phryn. p. 616. Deinde libri πεπαμμένῳ, quod Porsonus correxit. Denique perelegans est et nescio an verum quod in excerptis Aurati adnotatum est, νόσον, credo ut, ἄχθος νόσον iunctis, ad τῷ πεπαμμένῳ suppleatur τὸν ἴον.

803. αὐτοῦ πῆμασι Flor.

805 — 807. In editionibus veteribus coli signo post λέγοιμι’ ἄν distinctum, cetera usque ad ἔμοι’ sine interpunctione continuata. Porsonus commata post λέγοιμι’ ἄν et κάτοπτρον posuit, cum Schützio haec verba, εἶ γὰρ ἐξεπίσταμαι ὁμιλίαις κάτοπτρον, in parenthesi dicta volens. Blomfieldius parenthesin fecit haec tantum, εἰ γὰρ ἐξεπίσταμαι. Ad explicandam sententiam alius alio magis incredibilia attulerunt. Orellius ad Isocr. p. 202. κάτοπτρον nominativum esse putabat, ut eo nomine sese appellaret Agamemno: eaque videtur scholiastae sententia fuisse, qui sic scribit, ἦγον καλῶς οἶδα διακρίνειν τὰς ὁμιλίαις τῶν συνόντων μοι, ὡς τὰς ἐμφάσεις τῶν προσώπων τὸ κάτοπτρον. At id et ad dictionem valde durum et molestum est, ad sensum autem ne aptum quidem, quia quae sequuntur verba, εἶδωλον σκιᾶς, contrarium de speculo praedicant. Duplex enim speculi vis est, una, ut veram speciem ostendat, quo sensu dictum est illud Aeschyli κάτοπτρον εἶδους χαλκός ἐστ’, οἶνος δὲ νοῦ, quod Abreschius et Blomfieldius, quamvis alienissimum ab hoc loco, attulerunt; altera, quod imaginem rei, non rem ipsam exhibet, id quod hic erat spectandum. Absurdus ergo esset Agamemno, si se, quod veram speciem amicorum animo impressam haberet, speculum appellaret, et tamen statim speciem illam, quam referret speculum, inanem et vanam esse diceret. Immo quod in speculo nihil cernitur nisi imago rei, ὁμιλίαις κάτοπτρον sic dicit ut imaginem specula-

rem amicitiae significet, quam deinde apertius εἶδωλον σκιᾶς vocat. Verba autem illa, εἶδωλον et σκιά, fere eadem potestate usurpantur. Sophocles Ai. v. 125.

ὄρω γὰρ ἡμῶς οὐδὲν ὕψους ἄλλο πλὴν  
εἶδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κοῦφην σκιάν.

Idem Phil. v. 946.

κοῦκ οἶδ' ἐναίρων νεκρόν, ἢ καπνοῦ σκιάν,  
εἶδωλον ἄλλως.

Idemque in Tyrus fr. XV. equam dicit in fluvio conspiceret σκιᾶς εἶδωλον.

809. σειραφόρος Flor. Farn. σειρασφόρος Vict.

811. Non distincta sic distinctit Schützius, τὰ δ' ἄλλα, πρὸς πόλιν τε καὶ θεούς, κοινούς etc. Male Stanleius et Abreschius de ludis ob victoriam celebrandis sermonem esse putabant. Verum viderunt Pauwius, Schützius, alii. Negligentius locutus est poeta, quum proprium fuisset τὰ δ' ἄλλα, τὰ πρὸς πόλιν τε καὶ θεούς. De re publica, inquit, et si quid in sacris neglectum sit, convocato populo consulemus.

815—817. Cicero in Catil. II. 5, 11. quae sanari poterunt, quacumque ratione sanabo: quae resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare.

817. Porsoni in Adv. p. 158. coniecturam, πῆμι' ἀποστρέψαι νόσον, comparantis πῆμι νόσον Sophoclis in Phil. v. 765. et πῆμι ἄτης in Ai. v. 363. receperunt Blomfieldius, Scholefieldius, et, qui se eam non potuisse non recipere dixit, Wellauerus. Quidni potuerat non recipere? Inutilis est ista coniectura, obsequium ridiculum. Philocteta morbo laborabat; Ajax culpam admiserat: itaque et morbi et culpae malum dici conveniebat. Aeschylus de malis loquitur, quibus quasi aegrotet res publica: itaque recte hic morbum dicit mali.

826. 827. In Porsoni editione servata interpunctio Vict. Cant. in quibus plene distinctum est post βίον, virgula autem post ἐπ' Ἰλίω. Correctus error iam in editione Stanleii. ἐπ' Ἰλίω male Farn.

830. Libri ἡδονάς. Aurati emendationem, κληθόντας, suam fecit Stanleius.

834. Libri ἀνήρ. Scribendum ἀνήρ. Deinde libri ὠχετεύετο. Correxerunt Heathius.

835. φάσις Flor.

836. Libri ἐπλήθυνον. Atticum ἐπλήθυνον restituit Porsonus.

837. Legebatur τ' ἄν, quod recentiores editores correxerunt.

Nihil caussae est cur in suspicionem trahatur nominata *tricornosa tergemini vis Geryonai*: sed tamen non minus apte *τρισώζωος* hic ille appellaretur, quo vocabulo usum esse Aeschylum (fr. 428.) ex Etym. M. p. 279, 15. et appendice Etym. Gud. p. 585, 14. discimus, καὶ τρισώζωος (τρισώζωος) παρὰ Δισχύλω.

838. In Vict. Cant. haec verba, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω χθονός, signis parentheses inclusa sunt. Eandem rationem interpungendi expres-

serunt alii, in iisque Porsonus. Recte distincta verba exhibuisse Vrsinum in Virgilio cum Graecis scriptoribus collato ad Aen. VIII. 566. adnotavit Blomfieldius, qui haec, *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*, (quis credat?) sic interpretatur, *non enim eam dico quae substernitur*. Wellauerus, qui, nescio an meo monitu ad Vigerum p. 756. *οὐ λέγω* vidit *dictum nolo* significare, quae est malum omen avertentis formula, tamen Schützii est interpretationem amplexus, *τὴν κάτω* de corpore Geryonis quod apud inferos esset intelligentis: legebat autem ille *τὸν κάτω*. Boissonadus *χθονός* iunxit cum *ἄνωθεν*, in parenthesi positus verbis *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*. Hoc quoque uti durum, ita falsum est. *Χθονός χλαῖναν* de terra corpori ingesta, i. e. de sepultura, dici Blomfieldius multis ostendit. Iam *ἄνωθεν* sine casu additum est, significans *in vita*, eique verbo opponuntur haec, *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*. Qui *ἄνωθεν* sepultus dicitur, non est sepultus, sed videtur esse aut perhibetur: qui vero *τὴν κάτω* accepit *χλαῖναν χθονός*, is vere sepultus est ideoque mortuis iure accensetur. Ex quibus patet sensum verborum hunc esse, *si ille toties quoties ferebatur perisse mortuus esset, tamquam alter Geryones saepe triplicem civis (absit enim ut mortuum dicam) vestem terrenam induisset*. Id sic poeta elocutus est, *nullam triplicem superne, absit enim ut infernam dicam, vestem terrenam induisset*.

845. Libri *πιστευμάτων*. Id ita explicari posse videtur ut sit *quem tu mihi concredidisti et ego concrediditum accepi ut tuerer eique prospicerem*. Quamquam *ἐμῶν* minus commode additum est, quum *πίστευμα* *rem concrediditam* significare debeat, ut recte dictum est quod in Iosephi Ant. Iud. XVII. 3, 3: legitur *ἐπὶ τινῶν πιστεύσεσιν ἐντολῶν*, declaratum ab ipso Iosepho Hist. belli Iud. I. 29, 4. *ἐβούλετο γὰρ αὐτῷ τινὰς ἐντολὰς καταλείψειν*. Accedit quod *πίστευμα* vix alibi invenitur, usitatum est autem *πίστωμα*, quae quum alibi ab Aeschylo positum, tum de connubii foedere in Eum. v. 213.

*Ἦρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα.*

Connubii foedus quum hic quoque aptissime dici videretur, scripsi *πιστωμάτων*.

849. *τόν θ'* Flor. Vict. *τόν τ'*, cum glossa *ἰωνικόν*, ex Farn. Elmsleius enotavit. Canterus ut scriberet *τόνδ'*, adductus erat plena post *κίνδυνον* interpunctio, quam ex ed. Vict. servavit.

851. Recte Wellauerus *βουλὴν* dici vidit eos qui absente Agamemnone rei publicae praeerant. Aliorum commenta piget commemorare.

853. Non satis aptum videtur *μέντοι*, ut dubitari possit an scripserit Aeschylus *τοιῶδε μὲν τις σκῆψις*.

855. In Flor. ad *κατέσβηκασιν* supra scripta sunt *θ' et τ*, ut *καθεστήκασιν* legendum esse monstretur. Videtur hoc emendatoris esse, qui non recordaretur *ἔσβηκα* neutrali significatione dictum inveniri.

856. Recte Flor. Farn. Vict. *ῥιμιασιν*, non detracta ultima littera. Error Flor. est *κλάβας*.

857. ἀμφὶ σοὶ Farn. hic et v. 860.

858. Habent *ὄνειρα* libri. Blomfieldius quum scripsit “*λαμπηρουχίαι ἀτημέλητοι sunt signa per facies exhibenda, sed per incuriam non exhibita, quem sensum solus vidit Heathius,*” merito reprehensus est a Wellauero, et tamen non satis. Heathii enim librum si inspexisset Wellauerus, non huic tribuendam esse tam ineptam interpretationem vidisset: sic enim ille, “*verte, semper lamentans quod signa de fortuna ac rebus tuis per facies missa ab excubitoribus neglecta putabam.*” Quamquam ne hoc quidem verum est, sed, quod perspexit Wellauerus, non accensi longo in spatio ignes, quod caussa accendendi nondum esset, sunt intelligendi.

859. 860. Quum tribus haec modis construi possint, uno ἑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμιτην, λεπταῖς ῥιπαῖσι θωῦσσοτος, altero λεπταῖς ῥιπαῖσιν ἐξηγειρόμιτην ἑπαὶ κώνωπος θωῦσσοτος, tertio ἑπαὶ λεπταῖς ῥιπαῖσι κώνωπος θωῦσσοτος ἐξηγειρόμιτην, haec postrema ratio magis quam ceterae dictioni poeticae convenit.

862. Legebatur νῦν ταῦτα πάντα τλαῶ ἀπενθήτω φρενί, λέγοιμ' ἄν etc. Illud ἀπενθήτω φρενί miro modo significare volunt *animo dolori non succumbente*. Mira est etiam P. Camperi ad Eur. El. p. 213. interpretatio, *pectore.doloribus clauso*. Infelix coniectura Schneidewini in thesi VIII. dissertationi de Diana Phacelitide adiecta, νῦν ταῦτα πάντα τλαῶσιν παντλήτω φρενί. Recte vero Elberlingius intellexit distinguendum sic esse, νῦν, ταῦτα πάντα τλαῶ, ἀπενθήτω φρενί λέγοιμ' ἄν etc. Quoniam se nunc tandem omni sollicitudine liberatam quasi ex intimo animo dicere videri cupit, νῦν sine copula in principio dicti huius positum est, ut supra praeco dixit v. 486. νῦν χαίρει μὲν χθῶν.

863. In Vict. Cant. haec sic interpuncta sunt λέγοιμ' ἄν ἄνδρα τόνδε, τῶν σταθμῶν κύνα, σωτήρα, πρότονον ὑψηλῆς στέγης, στυλον ποδῆρη, etc. Quomodo interpungenda essent vidit in adnotatione Canterus itemque Gatakerus Adv. misc. II. 20. p. 383. Sed tamen duobus vitis affectus est hic Shakespearianae ubertati comparandus locus. Non scripsit enim Aeschylus τῶν σταθμῶν, quod poetica dictione non patiebatur cum articulo dici, sed *βουστάθμων*, quo vocabulo Euripides usus est in Helena. De altero vitio dicam ad v. 866.

864. Ne quis forte velit σταθμῶν sive potius βουστάθμων κύνα σωτήρα iungere, ut hominem stabulorum custodem σταθμῶν ἐντῆρου Homerus dixit Od. XVII, 187. 223. reputandum est per se patere κύνα βουστάθμων eum esse qui tueatur stabula, κῶδος πρότονον autem, nisi explicite dicatur servandae navi inservire, non habere adiunctam utilitatis eminentiorem significationem. De *προτόνοις* videndus Seidlerus ad Eur. Iph. T. v. 1104. ἑμιλῆς Farn.

865. στόλον Flor. στόλον Farn. Vict. pravo accentu.

866—868. Libri

καὶ γῆν φανεῖσαν νυκτῖλοις πυρ' ἐλλίδα,

κάλλιστον ἤμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χειμάτος,  
ὀδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος.

In Farn. scriptum *παρελίδα*. Sed errore factum esse puto ut ex eo codice adnotaretur *καὶ γῆς φανεῖσαν*, quum tacuerit Bekkerus, neque Elmsleius nisi consensum codicis cum editionibus indicare voluisse videatur. Nam Porsonus dubitationis notam ad *φανεῖσαν* apposuerat: unde Blomfieldius abiecto inutili *καὶ* vel *γῆν ἐκφανεῖσαν* vel *γαῖαν φανεῖσαν* scribendum existimabat. Mihi quidem non tam videtur in his verbis aliquid vitii esse, quam in ordine rerum, quae nec satis apte coniunctae sunt, et ita ut in medio cursu abrumpatur potius oratio quam iustum producat ad finem. Itaque mutato ordine versuum sic poetam scripsisse arbitror,

ὀδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος,  
γαληνὸν ἤμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χειμάτος,  
καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλίδα.

Nam *κάλλιστον ἤμαρ* non scripsisse videtur Aeschylus. Friget enim nomen superlativum, multoque deterius est positivo, ubi non idonea de causa positum est. Quare *γαληνὸν ἤμαρ* scripsi, ut in notissimo illo Euripidis Or. v. 279.

ἐκ κυμάτων γὰρ αὔθις αὐτὴν γαλήν' ὄρω.

Hunc versum, *ὀδοιπόρῳ* — *ῥέος*, Suidas affert in v. *πλέκος*.

869. Insititium hunc versum iudicavit Blomfieldius, certe frigidiusculum sonare. Schützius eum in editione minore post eum qui sequitur collocavit, quod id ordo sententiarum postulare. Non recte obiicit Wellauerus, suo versum loco positum esse in libris, quia caussam contineat, quare istis appellationibus usa sit mulier. Nam caussa etiam post recte affertur. Rectius dixisset non fuisse *φθόρος δ' ἀπέστω* a *τοιοῖςδε προσφθέγμασιν* divellendum. Servandus vero versus eo quo in libris est loco. Refertur enim ad illa v. 862. *ἀπενθήτω φρενὶ λέγοιμ' ἄν*.

870. Libri *τοιοῖςδε τοῖνον*. Schützi emendationem, *τοιοῖςδε τοῖνον*, Porsonus aliique receperunt.

872. Librorum scriptura, *νῦν δ' ἐμοὶ φίλον χάρα*, demum a Scholefieldio emendata est.

874. *ἄναξ*, ut Scaliger aliique scribendum viderunt, Farn. *ἄναξ* Flor. Vict. Valckenario ad Phoen. v. 1518. more suo suspicanti *ποροθήτορος* a poeta scriptum esse, nemo exstitit qui obsequeretur: arrisisse tamen illud videtur Blomfieldio.

875. Pro *τέλος*, quod Flor. Vict. habent, in Farn. est *τάδε*, quod nescio an praefendum sit. Videri enim possunt oculi describentis ad verba *τάδε* et *τέλος* aberrasse, quae duos continuos versus terminant 900. 901.

876. Elmsleius ad Eur. Med. v. 1209. dubitabat an praestaret *στορνύαι*.

877. 878. In editionibus veteribus hi duo versus sine ulla inter-

punctione procedunt. In Farn. plene distinctum post ἄελπτον. Recte post πόρος comma ponitur, cetera autem coniunguntur.

886. βαοβάθου, sed ρ supra scripto, Flor.

887. βόαιμα Flor. Vict. sed in Flor. τῆ supra scriptum. βόημα Farn.

890. κάλλεισιν cum ν libri habent. Suidas in ν. Κάλαις, — καὶ καλαῖνον χρῶμα. Αἰσχύλος, ἐν ποικίλοις χρώμασι. Idem κάλλι, τὰ πορφυρᾷ ἰμίτια. καὶ κέραμος καλαῖνος. Αἰσχύλος, ἐν ποικίλοις κάλλεισι. Etym. M. p. 486, 48. totum versum affert, γὰρ pro δὲ exhibens. Plura de κάλλεισι Fritzschi in comm. de Socrate p. 201.

897. Consentit Farn. cum Flor. Vict. in εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμι ἄν, εὐθαρσῆς ἐγώ, nec verum est quod Wellauerus dicit, ἄνευ θάρρους Blomfieldium ex eo codice recepisse. Immo ea ipsius est Blomfieldii infelicissima coniectura. Scribendum vero erat

εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμεν, εὐθαρσῆς ἐγώ.

Eandem emendationem fecit Dindorfius.

899. Porsonus in Adv. p. 158. coniecerat διαφθεροῦσ' ἐμοί. Bene factum, quod Blomfieldius librorum scripturam defendit, modo ne tantum verum putasset διαφθεροῦσα, quod ἴσθι cum participio ad eum plerumque qui compellatus est referatur. Cuiusmodi argumentum quam nullam vim habeat apertum est. Tum autem, ut consentaneum est, non desunt exempla quae non sunt in illis plerisque, ut in Philocteta v. 253.

ὡς μηδὲν εἰδόν' ἴσθι μ' ἄν ἀνιστορεῖς.

900. Libri τῷ θεοῖς δέισας ἄν ἴδ' ἔρδειν τάδε; quod interpretantur voristine diis metuens sic facturum te ista? Blomfieldius, quod ἄν huic sententiae non convenit, signo interrogationis deleto, hanc putat sententiam esse, vorisses haec ita facere, si aliquid metuisses. Haec non repugnant quidem legibus grammaticis, sed perversa laborant collocatione verborum. Oportebat enim, si hoc vellet Clytaemnestra, dici δέισας ἄν τῷ θεοῖς ἴδ' ἔρδειν τάδε. Vulgatum imperitissime eo tuitus est Wellauerus, quod ἄν ad infinitivum sit referendum: ex quo patet eum ἄν cum infinitivo ita pro infinitivo futuri poni existimasse, ut id ubique et sine discrimine fieri possit. Iohannes Auratus, qui omnes Aeschyli interpretes iudicio et recti sensu superavit, pro δέισας scribi δήρους volebat, non ille hic quidem verum assecutus, sed tamen coniciens quod aptissimam praeberet sententiam. Scribendum erat

τῷ θεοῖς δέισασαν ἴδ' ἔρδειν τάδε;

901. Τέλος sic dictum ut sit pro decreto. Similiter in Suppl. v. 587. ποῖ κεύρωται τέλος, et v. 608. Ζεὺς δὲ κράνειν τέλος.

902. Libri δοκῆ. Emendavit Stanleius.

903. Hic quoque δοκῆ Flor. Vict. δοκεῖ Stanleius, et ita Farn.

904. αἰδεσθεῖς Flor. Vict. αἰδεσθῆς Farn. Restituerat coniunctivum primus Auratus, receperuntque editores novissimi praeter Wellauerum, nescientem quibus conditionibus interrumpi possit oratio.

906. Male in Vict. Cant. interrogationis nota apposita.



909. Libri ἦ καὶ σὺ νίκην τήνδε δῆριος τίεις; Auratus τῆςδε. Ionica genitivi forma offensus Bothius δῆρεως dedit. Ac diserte Suidas δῆριος δῆρεως δῆρει δῆριν. Semel, quod sciam, praeter hunc versum in superstitionibus tragoediis invenitur δῆριος, in Suppl. Aeschyli v. 397.

καὶ μήτε δῆριος ῥυσίων ἐφάψεται.

Butlerus inepte ἀδῆριτος coniecit, ut id esset *animo obstinato et insuperabili*. Erat quum putarem adiectivum hic latere, δῆριος (nam δῆρεϊος finxit Etym. M. p. 249, 31.) vel δῆριτός, quod esset *rixabunda*. Dicuntur autem talia masculina forma, ut in Choeph. v. 233. δακρυτὸς ἐλπῖς. Id expressit vertendo Humboldtus. Sed scribendum potius est

ἦ οὐ καὶ σὺ νίκην τήνδε δῆριος (vel δῆρεως) τίεις;

Intellexit hoc etiam Franzius, nisi quod is ἦ οὐ scripsit.

910. Blomfieldii, qui μέν τοι divisim scripsit, permira adnotatio est, "vulgo μέντοι. Vid. Hermann. Elem. Doctr. Metric. p. 111." Ibi ego exempla attuli versuum quorum singuli vel pedes vel dipodiae singulis vocibus constant. Itaque ut ex eo numero hunc versum eximeret, divisit vuculas non separandas. Nam μέντοι, *tamen*, precantis est. Ceterum, si quis non rectis numeris hunc versum incedere putabit, monendus erit ut recte recitet, neve negligat pausam quam fieri iubet interpunctio.

912. Invenustissime a quibusdam positum est πρόδουλος. Librorum scripturam, male intellectam a Stanleio, recte interpretatus est Schützius. Calcei quasi servi pedum dicuntur. Similiter in Prometheo soluto (fr. 205.)

ἵππων ὄνον τ' ὄχεϊα καὶ ταύρων γονὰς

δουὸς ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.

De consuetudine soleas ponendi, ne stragulis labes afferretur, dixit Gatakerus Adv. misc. II. 19. p. 376.

913. σὺν τοῖς δέ μ' inde a Cantero edebatur. σὺν τοῖςδέ μ' Vict. σὺν ταῖςδέ μ' Farn. σὺν ταῖςδε Heathius. Recepi ex Flor. καὶ τοῖςδέ μ'. Neutro τοῖςδε ἀλουργέσιν usus est poeta, nec dixit ἀλουργέσιν, ut qui de stragulis, non de vestibibus loqueretur. De colore isto videndus Arnaldus Animadv. crit. c. 35. p. 234. seqq. de forma vocabuli Lobeckius ad Phryn. p. 185. ἐμβαίοντι ἀλουργέσιν Flor. Farn. ἐμβαίονθ' ἀλουργέσιν Vict.

914. Recte libri βάλαι, quod ab nemine correctum miratus Blomfieldius, sublata plena interpunctione post ἐμβασιν ποδός, edidit βάλῃ, comparans Eur. El. v. 900.

αἰσχρόνμαι μὲν, βούλομαι δ' εἰπεῖν ὅμως,

νεκροὺς ὑβρίζειν, μὴ μὲ τις φθόνῳ βάλῃ,

ubi probat Tyrwhitt coniecturam φθόνος. Licebit vicissim mirari, non solum quod quod esset diversitatis inter hos locos non viderit Blomfieldius, sed etiam quod sententiam intulerit ineptam: quamquam etiam ab aliis haec non recte intellecta sunt. Nam quid est hoc, *exuite mihi*

*calceos, ne me deorum invidia in his purpuris incedentem adspiciat?* Num si nudis pedibus incedit, minus invident dii? Immo purpuras erat deprecatus, ne superbire videretur: sed ubi cedit Clytaemnestrae, purpuris parcens soleas exiit, incessurus autem per eas optat ne deorum concitet invidiam. Accedit quod aliquid spatii inter haec disticha interiectum fuit, dum solutae essent soleae.

915. Libri *σωματοφθορεῖν πόσιν*. In Farn. adscriptae glossae τὰ σώματα φθείρειν τῶν ὑπὸ χεῖρα, et ἄνδρου ἀπλῶς. Correctum ποσὶν a Scaligero et in editione Stanleii. Auratus *στρωματοφθορεῖν*, quod Porsonus recepit. Schützi emendationem *δωματοφθορεῖν* merito admisit Blomfieldius, comparans *οἴκοφθορεῖν*, quo verbo Herodotus et Plato utuntur, monensque huc respicere Clytaemnestram v. 928. 929. Addere poterat ipsum Agamemnonem confirmare eo quod *ἀργυρωνήτους ὑγᾶς* memorat.

916. *φθείροντα* Farn. Vict. *φθάροντα* mihi enotatum ex Flor. Non est credibile *φθείροντα* post *δωματοφθορεῖν* ab Aeschylō scriptum esse. Scribendum *στειβοντα*.

917. *οὔτω* Flor. Farn. *οὔτως* Vict.

921. Libri *αὐτή*. Auratus, Bothius aliique recte *αἶτη*.

923. *κατέστραμμαι* recte Flor. Vict. Scholiastes *ἄλλως κατέσταμαι, ἀντὶ τοῦ κατέστην*. Et Farn. exhibet *κατέσταμαι*, cum adnotationibus *ἰωνικὸν κατέστην* et *εὐρηται καὶ κατέστραμμαι*.

924. *δόμος*, sed *ων* supra scripto, Flor.

925. Deest in Flor. personae notatio.

926. Libri *εἰς ἄργυρον*. Salmasii in Exerc. Plin. p. 418. E. emendatio est *ἰσάργυρον*. Sed idem praeter necessitatem *βυγᾶς* in *βύφος* mutavit. Cur *ἰσάργυρον* Aeschylus dicat, optime declaratur iis quae Athenaeus XII. p. 526. C. de Lydis affert: *Θεόπομπος δ' ἐν πεντεκαίδεκάτῃ ἱστοριῶν γιλίους φησὶν ἄνδρας αὐτῶν ἀλουργεῖς φοροῦντας στολᾶς ἀστυπολεῖν· ὃ δὴ καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότε ἦν καὶ περισπούδιστον. ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη*.

928. Libri *οἶκος*. Tum in fine versus Vict. Cant. coli signum habent, sequente versu sic distincto, *ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος*. Et hoc quidem recte diceretur: nam quod Blomfieldius ait, linguae indoli non consentaneum esse dicere *οὐκ ἐπίσταται πένεσθαι* et *ἐπίσταται ἔχειν*, prorsus falsum est: monuitque Boissonadus. Non est tamen illa interpunctio probanda, nisi *οἴκοις* scribatur, quod placuit Butlero: nam G. Bernhardy in Syntaxi p. 166. omnia confudit. Porsonum, qui ita scripsit, *οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἀναξ, ἔχειν· πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος*, secuti sunt Schützius et Blomfieldius. Hic tamen paene suspicari se ait legendum esse *οἴκῳ τῶνδε*. Quo languidior fieret oratio. Distinctionem illam, servato *οἶκος*, recipiendam esse vidit Wellauerus. Hoc dicitur, *est domus quae horum affatim habeat*.

930. Libri *δειμάτων*. Emendarunt primi Auratus et Canterus.

932. *κομιστρα* Vict. et ut videtur Farn. Tum libri *μηχανωμένης*. Auratus et Scaliger *μηχανωμένη*, quod suum fecit Stanleius receperuntque recentiores. Aptius est propiusque ad librorum scripturam quod posui, *μηχανωμένη*. Vidit hoc etiam Franzius.

934. *ὑπερτίνασα* Farn. Vict. *ὑπερτίνασα* Flor. Auratus *ὑπερτίνουσα*, quod recepit Blomfieldius. Id quum Wellauerus male factum dixit, quia praecesserit aoristus ἴκετο, neque attendisse videtur quod Blomfieldius comparaverat v. 629.

καὶ τὰ πίστ' ἔδειξάτην,

φθείροντε τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατόν,

neque omnino rationem rei perspectam habuisse. Valde probabilis est Aurati coniectura: sed ferri tamen, si recte intelligatur, librorum scriptura potest. Vsurpantur enim participia interdum sic ut non pendeat temporis indicatio ex verbo quod adiunctum est, sed sola per se constat: de quo genere diximus ego ad Vigerum p. 772. seqq. et Graserus in Adversariis in sermones Platonis p. 67. seqq. Ὑπερτίνασα igitur sic est accipiendum ac si dixisset *ὑπερέτεινε*. Luculentissimum huius generis exemplum est in illo Diodori Siculi I. 66. ἐπ' ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα κατὰ τοὺς ὄρκους καὶ τὰς ὁμολογίας ἄρξαντες καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν τηρήσαντες, ἐπεβύλοντο κατισκευάσαι κοινὸν ἑαυτοῖς τάρον. Quod illi quum non fecerint post quintum decimum regni annum: eo anno enim dissolutum est illud regnum: non significant verba illa, *quum regnarent quindecim annos concordisque manerent*, quod per participia praesentis fuisset dicendum, sed *quum regnaverint concordisque manserint quindecim annos*. Similiter praesentis participia, ut saepissime ἄγων, adhibentur ad ea significanda quae coniuncta cum primario verbo proprie aoristi consociationem requirunt.

936. Libri *σημαίνεις μολών*. Quod Blomfieldius posuit *σημαίνεις μολών*, ponendum viderat etiam H. Vossius in Curis Aeschyleis p. 26. sed is male *θερμαίνει* scribens, quod non Graece dictum esse putaret σοῦ μολόντος σημαίνεις.

937. *ζεύς τ' ἄπ'* Flor. *ζεύς τ' ἄπ'* Farn. Vict. Iam Auratus delavit τ', ut postea Pauwius. Porsonus aliique *Ζεύς γ'* ediderunt, quod quid sit non apparet.

938. Auratus ἤδη mutandum censebat in ἡδύ. Butlerum, qui τότ' ἤδη tum statim interpretatus erat, vituperavit Blomfieldius, peius ipse tum demum interpretans. Quid hic vel statim vel demum? ἤδη est iam, referturque ad praecedentia. Neque enim de praesente vel calore vel frigore, sed de venturo loquitur Clytaemnestra, reditu Agamemnonis dicens quasi hieme ver venturum nuntiari, aestate autem iam instare frigus.

939. *ἐπιστροφωμένον* Vict. *ἐπιστροφωμένον* Farn. *ἐπιστρεφωμένον* Flor.

941. Flor. μέλη (supra scripto οι) δέ σοι, omissio τι vel τόι. Vict. μέλοι δέ τι σοι. Farn. μέλοι δέ τοι σοι. Et sic ediderat Porsonus, servato accentu in pronomine.

943. Flor. Vict. δειγμα. Stephanus dubitabat an hic quoque (ut v. 756.) δηγμα scribendum esset. Auratus et Scaliger δειμα vel δηγμα legi volebant. Servarunt δειγμα Porsonus, Boissonadus, Scholfieldius, atque adeo defendere conati sunt H. Vossius et Wellauerus, ostentum interpretantes, aquilarum opinor, de quibus in primo chori carmine scriptum est, sed Latino, ut videtur, vocabulo adducti, ut id Graece quoque δειγμα dici crederent. At ne si dicerent quidem δειγμα eo significato Graeci, non praefendum esset quod Schützius et Blomfieldius receperunt δειμα, quia huic loco multo convenientius est metum, quam occasionem, qua ortus est metus, commemorari. Ac δειμα in Farn. scriptum esse adnotavit Bekkerus. Neglexit Elmsleius.

944. 945. Farn. hoc ordine, | ποῦτ' ἄμισθος ἀοιδά. | μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος. |

946. ἀποπτύσας Flor. Vict. ἀποπτύσαι, cum glossa ὥστε ἀποβαλεῖν τοῦτο, Farn. Id in textum intulit Boissonadus. Scaligeri et Casauboni coniecturam, ἀποπτύσαν, constructionis mutatione non perspecta, receperunt Porsonus et Blomfieldius.

948. ἴξει Farn. Vict. Ex Flor. ἴξει mihi enotatum est. Auratus ἴξει. Scaligerum ἴξει corrigentem recte secuti sunt Porsonus atque alii.

950—952. χρόνος δ' ἐπεί Flor. Vict. χρονός δ' ἐπὶ Farn. Deinde libri ξυνεμβόλοις. Deinde ψαμμίας ἀκάτας Farn. Vict. ψαμμίας ἀκάτα Flor. Tum παρήβησεν Flor. Vict. παρήβησ' Farn. Scaliger ἐπὶ et ξὺν ἐμβόλοις. Schneiderus in lexico Graeco ξυνεμβολαῖς. Quod in adnotatione ad Humboldtii interpretationem posui, χρόνος δ' ἐπὶ προμνησίων ξυνεμβολαῖς ψαμμίας ἀκάτας παρήβησεν, nec Blomfieldius intellexit nec Wellauerus. Ψαμμίας ἀκάτας non accusativum, sed genitivum, nec παρήβησεν activum, sed, ut est, neutrale esse volui, constructionem autem verborum hanc, χρόνος δ' ἐπὶ παρήβησεν ἐπὶ ξυνεμβολαῖς προμνησίων ψαμμίας ἀκάτας, tempus defloruit post communem iniunctionem rudentum navis in arena stantis, i. e. postquam subductae in arenam alligataeque sunt naves. Defloruisse dicit tempus, quia, si quid adversi secundum Calchantis vaticinium accidere oportebat, effluxisse videtur spatium quo id evenire erat consentaneum. Ἐπὶ cum dativo iunctum, ut sit post, ne H. Stephanum in Thesauro dicam, observatum ab interpretibus ad Lucianum t. I. p. 538. Non puto tamen id scriptum ab Aeschilo esse, non solum quod apta numerorum dispositio duas istas syllabas potius ad praecedentia referri, quam coniungi cum sequentibus postulat, sed etiam propter productionem brevis syllabae, cui locus est absoluto numero, ut v. 953. non ubi perpetuatur. Quare scribendum duxi  
χρόνος δέ τοι  
προμνησίων ξὺν ἐμβολαῖς

ψαμμίας ἀκάτας παρή-  
βησεν.

Vocabulum *ξυνεμβολή* legitur in Persis v. 390.

εὐθὺς δὲ κώπης ῥοθιάδος ξυνεμβολῆ  
ἐπαισαν ἄλμην βρούχιον ἐκ κελεύματος.

Apparet coniunctam multorum iniunctionem ita vocari. Sed eo ipso non aptus hic videtur pluralis numerus *ξυνεμβολαῖς*: recte diceretur *ξυνεμβολῆ*. Quare praeferendum iudicavi *ξὺν ἐμβόλαις*. Intelligi autem rudentes, quibus naves in arenam subductae alligatae fuerant, patet ex eis quae sequuntur *εὐθ' ὑπ' Ἴλιον ὄρητο ναυβάτας στρατός*. Dubitari potest ἀκάτας an ἀκάτον scribendum sit. Nescio an inusitatior forma usum dicam Aeschylum. Habet ἀκάταν codex Palatinus Anthologiae X. 9, 2. ubi Iacobsius cum Huschkio in Anal. crit. p. 228. ἄκατον scripsit. 953. ἔνθ' in Flor. esse dicitur.

957. τόνδ' Farn. Recte τὸν δ' Vict. Deinde libri ὅπως. Stanley recte ὁμως. Notandum prima syllaba correpta ὑμνωδεῖ. Possit quis suspicari scribendum esse μελωδεῖ. Hesychius μελωδοῦσι, μετ' ἠδῆς ὑμνοῦσιν. Sed eadem syllaba correpta ὑμνήσω invenitur in Euripidis Bacchis v. 71. et εὐνυμος apud Epicharmum Hephaestionis p. 15.

958. Libri ἐριννός. Genitivum posui in libro de metris p. 433. Item Porsonus.

961—964. Libri οὔτοι. Casauboni et Abreschii emendatio est οὔτι. Post *ματάζει*, quod ex grammaticorum praecepto scripsi *ματάζει*, nulla in antiquis editionibus interpunctio. *Σπλάγγνα* explicat poeta per *κίεαρ*, quod *τελεσφόροις δίναις κυκλούμενον πρὸς ἐνδίκους φρεσίν* dicit, paullo quidem tumidius, sed tamen ut pateat sententia: *non fallitur animus, cor eventum ferentibus fluctibus ad veracia agitata praecordia*, i. e. cor motu suo, qui non vano ex timore nascitur, recte praesaga pulsata praecordia. Quod ad numeros attinet, *τελεσφόροις* singulari versu dici et sententiae vis interpunctioque strophicorum docet, nec recte sequentibus adiceretur, trimetro non puro. Iniliti versus enim index est syllaba longa in anacrusi.

965. 966. *εὐχομαι δ' ἀπ' ἐμῆς τοι ἐλπίδος* Farn. atque ita edit Vict. nisi quod *τοι* in *τι* mutavit. *εὐχομαι δ' ἐξ ἐμῆς ἐλπίδος* Flor. Deinde *ψύθη* Flor. Farn. *ψυθῆ* Vict. quod emendavit H. Stephanus. *Ψύθη* substantivum esse puto, ut v. 457. Nec minus apud Callimachum fr. 184. ubi Hemsterhusio placebat *ψυθές*. Scripsi

εὐχομαι δ' ἀπ' ἐμῆς τὸ πᾶν  
ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν  
ἐς τὸ μὴ τελεσφόρον.

Certa enim emendatione me restituisse puto τὸ πᾶν, quod et sententia postulat et latere videtur in *τοι*, non addito, ut puto a Triclinio, sed relicto ex τὸ πᾶν in detrimento margine. *Ἐλπίδος* hic sic

dicit poeta, ut cogitationem futuri significet: est enim ἀπ' ἐλπίδος, ἀπ' ἐλπίδων, ἐξ ἐλπίδων, secus quam quis futurum putavit. Sophocles El. v. 1127.

ὡς σ' ἀπ' ἐλπίδων

οὐχ ὦνπερ ἐξέπεμπον εἰςδεξάμην.

Trach. v. 666.

οὐκ οἶδ'· ἄθνημῶ δ' εἰ φανήσομαι τάχα  
κακὸν μέγ' ἐκπράξασ' ἀπ' ἐλπίδος καλῆς.

Euripides Inone apud Stobaeum CV. 1.

ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος· οἷς γὰρ ἦν ποτε,  
ἐξ ἐλπίδων πλῆτοντας ὑπίτους ὄρω.

968—970. μάλα γὰρ τοι τῆς πολλῆς ὑγείας Flor. Vict. In Flor. haec, μάλα γὰρ τοι τῆς πολλῆς, itemque τέρμα νόσος γὰρ, serius adscripta videri adnotatum est. μάλα γε (supra scripto γὰρ) τοι δὴ τῆς πολλῆς ὑγείας Farn. Deinde libri νόσος γὰρ γείτων. Lacunae signum post γὰρ posuit Porsonus. Vix dubitari potest quin perierit, quod Blomfieldius inserendum esse putavit, ἀεί. Illud autem certum est, primum horum versuum paeonicum esse. Hinc scripsi

μάλα γέ τοι τὸ πολλὸς γ' ὑγίαις  
ἀκόρεστον τέρμα. νόσος γὰρ ἀεί  
γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει.

De illa forma πολλὸς ceteris copiosius dixit scholiastes Arati ad Phaen. v. 19. De ὑγίαις dubitare non sinunt ἱερίαι et tot alia utramque terminationem habentia nomina: Γέ τοι patet non ad proxime praegressam sententiam, sed ad ea referri quae hanc praecedunt. Sin gravius hic peccatum est, coniiici potest scripsisse Aeschylum μάλα τὸ τῆς ὑπεράγαν ὑγίαις. Quod sequitur ἀκόρεστον Auratus in ἀχάριστον, Schützlius in ἀπύρεστον mutandum censuerunt: quorum prius errat Wellauerus quum ab Humboldto probatum existimat. Ἀκόρεστον, immodicum, in malam partem accipiendum est.

972. Nihil hic mutandum. Ἐπαισεν est offendit vel illiditur. Sic infra v. 1593. Prom. 887. Pers. 411. Ita ubi dicitur hoc verbum, fere εἰς vel πρὸς sibi adiungit: sed sine praepositione, ut hic Aeschylus, Sophocles dixit in El. v. 744. λανθάνει στήλην ἄκραν παίσας.

973—978. Recte se haec habent omnia, videratque iam Casaubonus nominativos ὄκνος βαλῶν sic dictos esse ut deinde mutaretur coepta constructio. Τὸ μὲν autem partem significat. Sententia haec est, metus quum partem pro acquisitis opibus bene attemperato iactu proiecit, non tota funditus periit domus, quamvis plena malis, nec mersit navem. Rediit in constructionem poeta, ἐπόντισε referens ad ὄκνος. Blomfieldius pro δόμος legendum putabat γόμος, loco Supplicum a Dobraeo commemorato motus v. 426. seqq. quem neque emendatum exhibuit, nec debebat omnino hic afferre. Videretur probari posse illa coniectura, nisi parum eleganter dictum esset γόμος πημονῆς γέμων. Recte scriptum

est δόμος, quod quum dicit, in mente habet rem de qua loquitur. Ea est πότιμος εὐθυπορῶν ἀνδρός.

977. πημονῆς Vict. πημονῆς Flor. Farn.

979. Libri πολλά τοι δόσις. Turbatur ordo sententiarum hac asseveratione infringiturque vis sequentium. Nisi plane fallor, coniunxerat haec Aeschylus cum praecedentibus sic, πολλά τ' ἂν δόσις. Id posui. Deinde ἐκ omittit Farn. Tum καὶ ἐξ Farn. Vict. καὶ Flor.

981. Libri πεσόνθ' ἄπαξ. Porsonus ἄπαξ πεσόν. Recte Pauwius πεσόν ἄπαξ. Similiter in Eum. v. 638. ἀνδρὸς δ' ἐπειδὴν αἶμ' ἀνασπύση κόνης ἄπαξ θανόντος, οὕτις ἔστ' ἀνάστασις. τούτων ἐπιρῶδ᾽ οὐκ ἐποίησεν πατήρ οὐμός.

982. 983. προπάροιθ' ἀνδρὸς Farn. Vict. πρόπαρ ἀνδρὸς Flor. Deinde Farn. τίς τ' ἀγκαλέσαιτ', omisso πάλιν. Hanc patet Triclinii esse coniecturam.

984. 985. οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν ζεὺς αὐτ' ἔπαυσ' ἐπ' εὐλαβεία Flor. οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν ζεὺς αὐτ' ἔπαυσ' ἐπ' ἀβλαβεία γε Farn. ut Scaliger ex scholliis scribendum putaverat. οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν ζεὺς αὐτ' ἔπαυσ' ἐπ' εὐλαβεία γε Vict. Canteri iudicium, verba ἐπ' εὐλαβεία γε ex interpretatione addita esse existimantis, recte secuti sunt Schützius et Porsonus. Temere factum, inquit Blomfieldius. Mallem temere factum dixisset, quod ego nescio qua religione tactus in adnotationibus ad interpretationem Humboldti servanda putabam, hoc modo, οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν Ζεὺς ἂν αὐτ' ἔπαυσεν ἐπ' ἀβλαβεία. Probant tamen errorem meum Wellauerus, Boissonadus, et verbis alio ordine collocatis Blomfieldius. Friget hoc, recteque sensit Canterus. Confusa sunt duo scholia, unum hoc, τὸν Ἀσκληπιὸν γὰρ ἐκεραύνωσεν ἀναστήσαντα τὸν Ἰππόλυτον, alterum, puto, ad v. 973. πρὸ χρημάτων κτησίῳ] ἐπ' ἀβλαβεία, ὥστε μὴ ἔτι βλαβῆναι. Ex ceteris, quae libri ut Aeschylea habent, effici quidem haec possunt, οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν Ζεὺς ἂν αὐτ' ἔπαυσεν, sed aegre quis, credo, sibi persuadeat tam languide haec enuntiasse Aeschylum. Eum qui novit, vix dubitabit quin scripserit

Ζεὺς δὲ τὸν ὀρθοδαῆ  
τῶν φθιμένων ἀνάγειν ἔπαυσεν.

Quomodo hoc in eam scripturam quae in libris est mutatum fuerit ego quidem non expediam, sed tamen factum puto per adnotationes scholiastarum cum Aeschyli verbis confusas. In interpretatione falsus est Erfurdus ad Soph. Ant. v. 1056. quum τῶν φθιμένων sic intelligendum putavit, ut τινά esset supplendum. Iungenda sunt τῶν φθιμένων ἀνάγειν, ab inferis reducere. Accusativus ut extrinsecus advocetur non opus est, quia reducens cogitari nequit nisi qui aliquem reducat. Ceterum de fabula quam poeta tangit videndus est Hyginus fabula 49. eiusque interpretes. Memoravit etiam Virgilius Aen. VII. 761. Plato de re p. III.

p. 408. B. *καὶ τοὶ ἀπειθοῦντές γε ἡμῖν οἱ τραγωδοποιοὶ τε καὶ Πίνδαρος* (Pyth. III. 55.) *Ἀπόλλωνος μὲν φασὶν Ἀσκληπιὸν εἶναι, ὑπὸ δὲ χρυσοῦ πεισθῆναι πλοῦσιον ἄνδρα θανάσιμον ἤδη ὄντα ἰάσασθαι, ὅθεν δὴ καὶ κεραινωθῆναι αὐτόν.*

986—990. Aberravit ab horum versuum sententia Schützius, quum *μοῖραν* de Clytaemnestra dictam putavit: quod nec per verborum naturam fieri potest, et, si posset, valde invenustum foret. De se loquitur chorus, verens malum Agamemnoni. Non enim credit ab uxore necatum iri, ut ex colloquio cum Cassandra apparet. Vera est autem Schützi emendatio, *καρδίαν γλιῶσσω πάντ' ἂν ἔξέχει.* Libri *καρδία γλιῶσσαν ἂν ταύδ' ἔξέχει.*

991. 992. Flor. *βρέμει* e correctione: antea *βλέπει.* Farn. *βρέμει ἔλπομένα,* omissis quae media sunt *θυμαλγῆς τε καὶ οὐδὲν ἐπ,* i. e. integro versu.

994. Libri *κασάνδραν.*

995. Auratus *ἀμηνίτοις.* At refertur adverbium ad *κοινωνὸν εἶναι.*

996. 997. Interpungebatur *κοινωνὸν εἶναι χερνίβων, πολλῶν μέυ δουλῶν, σταθεῖσαν κηστὸν βομοῦ πέλας.* Putavi quae post *χερνίβων* leguntur coniungenda esse: neque in praepositione opus erat anastrophe. Male autem Blomfieldius cum Schützi plenam distinctionem post *πέλας* in virgulam mutavit, quo et inconcinna redditur oratio et vis perit. Quum immota manet Cassandra, denuo eam compellat Clytaemnestra his verbis, *ἔκβαιν' ἀπήνης τῆςδε· μηδ' ὑπερφρόνει.*

1000. *θίγειν* Farn. Vict. Correctum a Blomfieldio. In Flor. hic versus ita scriptus est, *πραθέντα τλῆναι δουλείας μάζης βίου* (sic, non *βίου*). Id Blomfieldius coniecit pro *δουλίης μάζης βίου* scriptum esse, quoniam servorum cibus *μάζα* fuerit. Aeschylus certe talia non scripsit. Sine dubio ista scriptura nihil est nisi verae lectionis interpretatio, *δουλείας μετασχεῖν,* vel simili verbo. De vendito Omphalae Hercule Sophocles Trach. v. 248 seqq. Tzetzes Chil. II. 426. seqq.

1001. *ἐπιρρέποι* Flor. Vict. *ἐπιρρέπει* Farn.

1003. *οἷδ'* Flor. Farn. *οἱ δ'* Vict. Emendavit Stanleius.

1004. *καὶ παραστάθμων* Flor.

vicibus personarum, hoc modo, ΚΑΣ. οὐδείς ἀκούει — ΧΟΡ. ἀλλ'  
εὐκλεῶς τοι. Verum ordinem restituit Heathrus.

1264. Libri τῶν τε γενναίων τέκνων. Recte Auratus σῶν, quod  
suum fecit Stanleius. Haec ubi dixit Cassandra, pergens versus aedes  
regias subito retinet gressum atque avertit se.

1268. φόβον Ven. Flor. Vict. Sic etiam Farn. sed ad β supra ad-  
scripto ν. Ac φόνον scribendum esse viderunt Auratus et Canterus.

1269. Libri καὶ πῶς τόδ' ὄξει θυμάτων ἐφεστίων; Primus Pau-  
wius καὶ πῶς; τόδ' ὄξει θυμάτων ἐφεστίων. Dobraeus ad Aristoph.  
Plut. v. 1021. p. 129. τάδ' ὄξει coniciebat, καὶ πῶς sic nude positum  
afferens ex Choeph. v. 763. et Euripidis Or. v. 1110. Formula haec mi-  
rantis est.

1275. 1276. Libri οὔτοι δυσολῶ θάμνον ὡς ὄρνις, φόβῳ. ἀλλ'  
ὡς θανούση μωρτυρεῖτέ μοι τόδε. Monui in adnotatione ad interpre-  
tationem Humboldtii haec sic scribenda esse,

οὔτοι δυσολῶ θάμνον ὡς ὄρνις φόβῳ  
ἄλλως θανούση μωρτυρεῖτέ μοι τόδε.

Non ego, inquit, ut avis virgultum, prae timore frustra metuo: testa-  
mini hoc mortuae, quum mulier pro me muliere et vir pro infausti con-  
pudii viro ceciderit. Scholiastes οὐ δυσχεραίνω, φησίν, ὡς ὄρνις θέ-  
λουσα εἰς καλιὰν εἰσελθεῖν καὶ θῆρά τινα φοβουμένη. Hesychius  
δυσολῶ, δυσχερεῖ (scr. δυσχεραίνει), ὑπονοεῖ. Λύκιωνες. Et δυσολ-  
ῶζειν, φοβεῖσθαι, ὑποπτεύειν. Et δυσολῶ, οἰωνιζόμενον καὶ ἄγαν  
ὑποπτέοντος. Idem ἐδύσῳξα (sic), ὑπενόησα. Metuendi significatu  
dicitur hoc verbum in Rheso v. 724. 805. Avis circumspiciens intelli-  
gitur, cauteque intrans in virgulta.

1278. Ambigitur sitne nominativus δυσδάμαρτος, ut Aegisthum,  
an genitivus, ut Agamemnonem dicat. Vt nominativum Scottus in appen-  
dicem Thesauri Stephaniani rettulit. Genitivum esse iudicarunt Stanleius,



www.libtool.com

1219. Hesychius ἐπιξενούσ  
γοκλήσ Ἀγαιῶν σελλόγω καὶ  
Lexico Homericο ξεινοδόκος, ξεν  
ὁ δὲ Πίνδαρος (fr. 278. Boeckh.)  
ἐμαυρίρησε. καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσεύ  
ἔδοξε τισι λέγειν. ἦτοι γοῦν Σι  
δόκων δ' ἄριστος ὁ χροσὸς ἐν ο  
ρων. Conf. Etym. M. p. 610, 44.

1281. 1292. Vulgo legebatur  
θελω ἐμὸν τὸν αὐτῆς. In Ven. ἐξ  
monitu pro αὐτῆς, quod Vict. habet,  
bent codices, consentientes cum Vict.  
notatione ad versionem Humboldtii sc  
θρηῶνον, quem locum hic habeat vider  
tans id me vindicem questum voluisse  
nor, scripturae tuendae affert illud in δ  
θήσιν οὐ στέργει πόλις. At ῥήσιν qu  
dubitabit? Illud quaerendum erat, ecqu  
dam ac plane stultam verborum conso  
θρηῶνον est, non puduisset. Tueri si ῥή  
ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥήσιν, οὐ θρη  
ἐμὸν τὸν αὐτῆς.

Idque ut facillimum et aptissimum posui.  
1282—1286. Libri ἡλίω δ' ἐπεύχ  
ἐμοῖς τιμαύροισ ἐχθροῖς φρονεῦσι τοῖς ἐμ  
νούσης εὐμαροῦς χειρώματος. Auratus,  
pro ὁμοῦ. Ego in adnotatione ad Humbol  
bam ἐμοῦ. Blomfieldius plana constructione  
ἐχθροῖς φρονεῦσι τοῖς ἐμοῖς  
ροῦς χειρώ...



soribus, hi simul luant pro servae facili caede. Sed sententia illa habet quo displiceat. Nam sic ὄμοῦ vix potest aliter accipi, quam ut simul cum caede Agamemnonis etiam Cassandrae illi interfectionem luant. At id, si propter Agamemnonem punientur, sponte consequetur: ut ineptum sit Cassandram, quum iam introitura erat, rursus se convertere ad chorum et, quasi magnum quid et memorabile dictura esset, proferre quod dici non erat operae pretium. Immo aliud, opifior, in mente habebat summus poeta: fatidicam virginem, quod paullo ante obscurius significaverat, id nunc eam gravius, atque ita uti eventurum atque in proxima fabula apparituro erat, praedicere volebat: id erat autem, precari Cassandram ut ambo, Clytaemnestra atque Aegisthus, una eodem capti dolo ab Oreste et Electra occiderentur. Quare non dubito quin versus exciderit, in cuius fine erat ὄμοῦ, quod librarii, omisso per errorem eo versu, transtulerunt in finem proximi versus, ubi scriptum erat simile vocabulum ἐμοῦ. Neque vero suos ultores recte diceret Cassandra: non enim ipsam, sed Agamemnonem vindicaturi venient. Quare illud τοῖς ἐμοῖς τιμαύροις ortum esse videtur ex eo quod mox in eodem versus loco sequitur τοῖς ἐμοῖς, ab Aeschylō autem haec tali fere modo scripta esse puto,

ἤλιω δ' ἐπέχομαι  
 πρὸς ἕστατον φῶς, βασιλέως τιμαύρους  
 ἴσας δίκας φανέντας ἀσκέοις ὄμοῦ  
 ἐχθροῖς φρονέει τοῖς ἐμοῖς τίνειν ἐμοῦ  
 δοῦλης θανούσης εὐμαροῦς χειρῶματος.

Etenim Hesychius hanc vocem ἀσκέοις ex Agamemnone attulit, cuius glossa apertum est quam accommodata sit huic loco, ἀσκέοις, ψιλοῖς, ἀπαρασκέοις. *Λισχύλος Ἀγαμέμνονι.*

1288. Libri *σκιὰ τις ἀνιρέψειεν*. Porsonus, ἂν deesse videns, ἂν τρέψειεν, quod ab aliis receptum est, et mox *δυστυχῆ* edidit, quod Blomfieldius *δυστυχῶ* scripsit. Vict. *δυστυχῆ*. Recte vero codices *δυστυχῆ*, quod post Wellauerum, hanc vulgatam scripturam esse ratum, edidit Scholefieldius. Sed in prioribus verbis qui sensus requireretur Boissonadus vidit, qui recte scripsit *ἂν πρόψειεν*. Rarior est hic aoristus. Sed Photius *πρόψαι*, inquit, τὸ ὁμοιοῦσαι. *Λισχύλος*. Hesychius *πρόψαις, εἰκασμένος, εἰκασθεῖς*.

1289. *βουλαῖς* Ven. Deinde libri *ᾤλεσε*.

1290. Multum a vero aberrarunt interpretes ii qui *ταῦτα* ad postrema illa, τὰ *δυστυχῆ*, rettulerunt: quorum Schützius magis dolere deleta malorum memoria Cassandram putavit, quia, si alius animis hominum inhaereret, melius ad sapientiam ea uterentur; Gallicus autem interpretes, De la Porte du Theil, ita interpretatur, *toutefois, leur bonheur fait plus de pitié que leur malheur*, Scholefieldius denique, dubius haerens, hoc magis deplorari coniicit, si quis ex adversis ad secundas res transierit. Nihil horum in mentem venerat Aeschylō. Verum hic quidem



www.libtool.com.cn

... pecte Schützius in mino  
1294. Libri *μηκέτι δ' ἐξέλθη*  
*nem, μηκέτ' ἐξέλθης τάδε, φωνῶν,*  
fieldius, tum etiam Blomfieldius, sed  
rectius coniungens: quamquam id eo qu  
v. 310. ita dicitur, *δρασάντι παθεῖν*  
Sententiam illustravit Lobeckius Aglaor  
1296. Excidit post *Προάμιον* alii  
in Choeph. v. 847.

*ἢ πάντων θήσειν Ἀγαμέμνονι*  
*οἴκων ὄλεθρον διὰ παντός.*  
Respondent enim inter se duo systemata  
1299. Canterus, *κρανοῦσι* conii  
Nihil vero mutandum. *Nunc*, inquit, *si i*  
*mortuis (Iphigeniae) moriendo aliarum*  
*adducit, quis haec audiens se innoxio g*  
1300. *ποιῶς θανάτων ἄγαν ἐπι*  
monui,

*ποιῶς θανάτων ἐπικραίνει,*  
firmatur eo quod *ἄγαν* deest in Ven. Floi  
Vossio edidit *ἄγαν τε κρανεῖ*, non de nihi  
Profecto non de nihilo: nam Triclinius vel  
didit, quod hominum genus et v. 1294. et  
in ipso sine totius anapaesticae orationis su  
tare consuevit. In *ἐπικρανεῖ* autem, quod l  
nullo modo produci potest.

1301. Libri *τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν.*  
v. 363. *τίς ἂν οὖν*, quod Scholefieldius ut e  
dicit. Malum profecto est. Canterus *τίς* ...  
Blomfieldius ...

Inde a Stanleio ὤμοι scribi coeptum. Diversae de οἴμοι, ὤμοι, ὄμοι sententiae et grammaticorum sunt et recentiorum criticorum. V. ad Soph. Oed. Col. v. 824. Subtiliter de his disputavit Reisigius in Enarratione Oed. Col. p. CXVII. Si quid est inter ὄμοι et ὤμοι discriminis, hoc esse puto, ut ὄμοι doloris sit, ὤμοι rei malae eiusque inopinatae. Quare libros sequendos duxi. Ceterum Blomfieldius, librorum scripturam, ὤμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω, miserabiliter frigere ratus, scripsit ὤμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔχω. Vereor ne illud alii de emendatione ista dicant. Euripides Hel. v. 356. αὐτοσίδαρον ἔσω πλάσω διὰ σαρκὸς ἄμιλλαν.

1304. Huic versui et versui 1306. tum a versu 1308. singulis distichis praefixa est in editionibus veteribus nota hemichorii, sed in codicibus Ven. Flqr. Farn. ubique chori nomen adscriptum est. Ostendi in dissertatione prima de choro Eumenidum p. 9. sive in Opusc. II. p. 130. haec a singulis quindecim senibus, ex quibus compositus erat chorus, recitari. Initium fit ratione quadam epodica, ut trimeter Agamemnonis et qui eum sequitur trochaicus chorici senis pro strophā, et statim eadem metra pro antistrophā sint, quas tertii senis trochaicus epodi loco sequatur. Ex ea re intelligi potest stetisse chorū κατὰ ζυγὰ, certe quo tempore clamantem audit Agamemnonem. Aptè comparari potest annotatio haec scholiastae Aristophanis ad Acharn. v. 203. γέγραπται δὲ τὸ μέτρον τροχαικόν, πρόσφορον τῇ τῶν διωκόντων γερόντων σπουδῇ. ταῦτα δὲ ποιεῖν εἰώθασιν οἱ τῶν δραμάτων ποιηταὶ κωμικοὶ καὶ τραγικοὶ, ἐπειδὴν δραμαίως εἰσάγωσι τοὺς χορούς, ἵνα ὁ λόγος συντρέχη τῷ δράματι. Approbarunt propositas a me distinctiones novissimi editores. Sed Odofredus Müllerus sua quadam ratione operam dedit ut duodecim chori personas esse doceret, refragante et re ipsa et testimonio scholiastae Aristophanis ad Equitum v. 586. Voluit enim γερούσιαν quādam hic introduci: de quo commento, quod fictum est pro arbitrio, dixi in Opusc. VI. 2. p. 136. seq. Qui similiter de hac scena statuit, Ferdinandus Bambergerus in dissertatione de carminibus Aeschylī a partibus chori cantatis, Marburgi a. 1832. edita, scite animadvertit p. 55. ex distichis illis, quae inde a v. 1308. sequuntur, secundo tertium, quarto quintum, sexto septimum, octavo nonum, decimo undecimum respondere. Nisi falsa opinione praepeditus fuisset, suspicatus esset ζυγὰ hunc in modum disposita fuisse,

β.	α.	γ.
ε.	δ.	ς.
ζ.	ιγ.	η.
θ.	ιδ.	ι.
ια.	ισ.	ιβ.

1305. Male Stanleius post ὤμοι interpunxerat. Correxīt Blomfieldius.

1306. τοῦργον εἰργᾶσθαι Farn. Deinde idem et Ven. οἰμώγμα-

...tius, sed tamen ut dubia coniecerunt. Scribendum era βουλευματα. In eandem sententia Syntaxi Graeca p. 331.

1311. σὲν νεοροῦτῳ Ven. I fieldius suspicari aliquem posse ait tarum gladios intelligendos putabatur nostrae gladium recte intelligens: alii interpretans, nec videns, quos secutus Wellauerus, νεόρονον loquutus tractum.

1316. οἱ δὲ μελλούσης Far δηλονότι. Pauho proprius vocum V gendum esse οἱ δὲ τῆς μελλούσης ostendit in Museo crit. Cantabr. I. p. 4 κατὰ παρωνομασίαν, ὡς χρυσὴ ἀπαρ' Αἰσχύλῳ μελλῶ. "Χρονίζου Manuelis Moschopuli Opusc. p. 78. ἀ "χρονίζομεν ὅδε, τῆς μελλούσης χάρα legeretur pro κλέος, quod Aeschylei

1317. Libri πέδον πατοῦντες. interpretationem poni iusserat Pauho, ex Ioannis Alexandrini τοιχοῖς παραφθορίαι fieldius et Wellauerus quum tuendae paraphoris v. 631. adhibuerunt τὸ μὴ θεῖρον, corrupta corruptis defenderunt duplicis accusativi Graecam esse nemo exempla si quis cum hoc conferat, vere similia: ut quod supra v. 781. scriptum ἔθεντο. Nam in his qui proprie cum verba proprie est intelligendus: ex quo consignificaturum

nem esse putabat hanc, ἐστὶ καὶ τὸ βουλευῆσαι περὶ τοῦ δρωόντος, quoniam mortuo succurrere non possumus, at saltem de interfectoribus eius consilium ineamus: idque confirmari censebat iis quae proximus senex dicit. Mirum vero, hoc probatum esse a Wellauero. Si sana est librorum scriptura, haud dubie vera est Scholefieldii interpretatio, qui aliquid factururus sit, eum etiam deliberare decet de re gerenda. Conferri ille iubet adnotata sua ad Hecubae v. 502. cuius libri mihi non est copia: sed quod ibi legitur, Ἀγαμέμνωνος πέμψαντος, ὃ γύναι, μέτα, valde diversum est, ut per tmesin dictum. Apud Aeschylum si περὶ refertur ad intellectum τοῦ δρωῶν vel δρωμένου, insolentior videtur haec ratio loquendi et quae vix defendi possit. G. Bernhardt quum in Syntaxi Graeca p. 260. suspicabatur lucem afferri huic particulae usui posse ex illo Theognidis v. 117.

κιβδήλον δ' ἀνδρὸς γινῶναι χαλεπώτερον οὐδέν,  
Κέρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος,

miscuit incomparabilia. Recte vero videtur Schützius in minore editione περὶ in πέρα mutavisse. Coniiciat quis forsitan πάρος: sed aptius esse πέρα monstrat responsio alterius.

1322. Libri κτείνοντες, quod in Farn. ita explicare studuit interpres, ἤγουν τρόπον τινὰ τῷ θανάτῳ περιδιδόντες τὴν ζωὴν ἡμῶν. Sed nemo non probavit Canteri emendationem τέλνοντες.

1324. Libri κράτει. Correxerit Casaubonus.

1327. μαντέυσόμεθα Flor.

1328. Libri μυθοῦσθαι, quod Schneiderus in Lexico pro μυθεῖσθαι vitiose scriptum putabat. Incredibile est non offendisse in inaudito verbo criticos, nec vidisse nihil aliud nisi antiquum errorem esse librarii μυθοῦσθαι scribere debentis. Vidit hoc etiam E. A. I. Ahrens.

1330. Libri πληθύνομαι. Porsonus πληθύομαι, quem non secuti sunt Blomfieldius et Scholefieldius, quod πληθύειν breve v. habere ex Persarum v. 416. appareat. Sensus verborum hic est, undique conveniunt mihi argumenta, ut hanc sententiam probem, certo cognoscendum esse quid agat Atrides. Monet autem res ipsa, ut eum qui haec loquitur coryphaeum esse statuamus, qui se duces praebet choro in aedes irrupturos.

1332. Tractis tabulatis conspicitur Clytaemnestra in conclavi stans ad corpus Agamemnonis. πάροιθε Porsonus scripsit: sed πάροιθεν habent Ven. Farn. Vict. et, ut videtur, etiam Flor.

1334—1336. Legebatur πῶς γὰρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορεύων, φίλοις δοκοῦσιν εἶναι, πημονὴν ἀρκύστατον ἠράξειεν, ἕψος κρείσσον ἐκπηδήματος; Auratus πημονῆς ἀρκύστατον scribendum coniecit. Blomfieldius cum Elmsleia ad Med. v. 416. p. 150. ἀρκύστατ' ἂν scripsit, semper Graecos plurali ἀρκύστατα uti dicens, suspectumque habens Euripidis in Oreste v. 1420. ἀρκυστίτων μηχανάν. At ἀρκύστατος adiectivum est, ex quo patet cur retia ipsa plurali numero ἀρκύστατα

...ου non est dictum,  
quam sentiret. Multo gravio-  
tatione restituendam esse putavi

www.libtool.com.cn

πᾶς γὰρ τις ἐχθροῖς  
δοκοῦσιν εἶναι, πημιο  
φράξειεν ὕψος κρείσσ

Male post φράξειεν virgula poniti  
ἕψος, modum rei describens, adiu-  
pagina ultima coniecit, ὕψος κρ  
dictum est.

1338. Libri νίκης. Recte He-  
atque Etym. M. p. 276, 3. φιλονει-  
videri debet Blomfieldio, quum Et  
factam cum diphthongo scribi.

1339. ἔπεσ' Viet. et, ut videti  
vidit, ἐπαισ', est in Ven. Farn.

1341. ἀμύνεσθαι Viet. ἀμύνα

1343. περιστιγίζων Ven. περι-  
περιστιγίζω Farn. πτ Auratus et Cant

1344. Illo παῖω δέ νιν δῖς resj  
libri κᾶν δυοῖν οἰμώγμασιν. Verissim  
Med. v. 798. p. 203. significat, scribe  
ille δύο quidem, sed non δυοῖν cum al  
ciari. Quod est de tragicis et ceteris  
gendum. Recentiores enim minus in hoc  
vide Göttlingium ad Theodosium p. 212;  
mosthenis auctoritate uti non debuisse  
madverterunt.

1345. Libri αὐτοῦ, quod Wellau  
Vossio in αὐτοῦ mutarunt. Defendit αὐτ  
sic intelligi verba velit, κῶλα αὐτοῦ ...  
ἰλλίκο, κῶλα autem ...

habere deberet, ferri potest. Certo non scripsit Aeschylus *δρμαίνει*, sed verbo usus est cuius vim recte expressit Stanleius *evomit* vertens. Eum iniuria vituperavit Blomfieldius, qui vulgatum interpretatur *aestuat animo*. Quid? is, cui modo membra soluta esse duobus ictibus percusso dicta sunt, reviscat et aestuet animo? Apertum esse arbitror vel propter *οὔτω*, sententiam non posse aliam esse quam *sic ille animam efflavit*. Scribendum putavi *δρυγάνει*. Videtur enim ad hunc versum pertinere quod apud Hesychium post vocabulum *δρτός* scriptum est, *δριγάνει, ξρεύεται*.

1351. 1352. Libri *χαίρουσαν οὐδὲν ἦσσαν ἢ διὸς νότω γᾶν, εἰ σπορητός κάλυκος ἐν λοχέυμασιν*, nisi quod *γᾶν, εἰ σπόρητος* habent Flor. Farn. *γᾶν, εἰ σπόρητος* Ven. Eam comparationem ne sic quidem scriptis verbis satis absurdam vocare debebat Valckenarius in Diatr. de fragm. Eur. p. 52: Sed eximia emendatione Porsonus in Porsonianis Kiddii p. 210. *οὐδὲν ἦσσαν ἢ διοςδότω γάνει σπορητός*, quod merito receperunt Blomfieldius et Scholefieldius. De accentu nominum quale est *σπορητός* diversae sunt grammaticorum sententiae: v. Valcken. ad Ammonium p. 15.

1355. Libri *εἰ δ' ἦν πρεπόντων*. Quod Fr. A. Wolfius ad Demosth. or. in Lept. p. 217. existimabat, *ἦν πρεπόντων* pro *ἦν πρέπον* vel *ἔπρεπε* dictum esse eo modo quo *τῶν ἀδίκων ἐστίν* et similia, falsum esse intellexerunt Blomfieldius et Wellauerus, articulo ipse ea formula opus esse videntes, probavitque horum sententiam non sine quadam acerbitate in Wolfium Schaeferus ad Demosthenem vol. III. p. 69. Recte se haberet *πρεπόντων*, si masculino, non neutro genere dictum esset referreturque ad Clytaemnestram et Aegisthum: ut si Latine, quoniam *decentium* non licet, sic diceret, *quod si honestorum esset libare propter occisum*. *Πρέποντας* recte sic dici, ut intelligantur *οὐς πρέπει*, ostendit illud in Sophoclis Oedipo rege v. 9. *ἀλλ', ὦ γεραίε, φράς', ἐπεὶ πρέπων ἔφυς πρὸ τῶνδε φωνεῖν*. Imitati id sunt recentiores. Memoravit Stephanus in Thesouro Plutarchi hoc in Poplicola c. 17. *ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ φίλου μᾶλλον ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις εἶναι πρέποντος*. Ad quem locum Schaeferus ab eodem Stephano *ἔπρεπεν ἐστάναι* ex epitaphio Callimachi afferri rettulit. Quaeras quod hoc sit aut cuius epitaphium Callimachi. Calchantis filii Porphyrii athletae, qui etiam Calliopius dictus est, videtur epitaphium esse, primum epigrammatum in statuas athletarum, quorum in hunc plurima sunt, in Brunckii Anal. t. III. p. 17. sive Anthol. Planud. V. 2, ep. 1. Anth. Pal. vol. II. p. 727.

*ἔπρεπε μὴν χρυσέω ἐν ἀγάλματι, μὴδ' ἐν χαλκῷ  
τοῦτον τοῖς ἄλλοις εἶκελον ἐστάμεναι.*

Sic ipse edidit Stephanus, *μὴν* pro *μιν* scribens, non recte. Patet vero, si hoc epigramma in Thesouro in mente habuit, memoria falsum esse. Aeschylus autem si illo modo uti voluisset hoc vocabulo, dicturus potius fuisse videtur *εἰ δ' ἦμεν πρέποντες*. Quod Stanleius sive potius Vossius

- ... mortuo libatione  
 tatione ne tum quidem opus  
 in fine huius versus interpung  
 punctum ita est in editionibus  
 Stanleius, non videns *ὑπερδίκαι*  
 putans integro disticho includi  
 1357. Blomfieldius manu  
 v. 112. Choeph. v. 40.  
 1358. *Πλήσας ἀραίων πε*  
*σας ἀραίων.*  
 1361. In Ven. deest *μιν*.  
 1362. *Πρὸς εἰδότης* dicit  
 1365. Interpungebatur post  
 1366. *δικαίως* Farn.  
 1368. Dimeter iambicus acat  
 bendum esse vidit Casaubonus. *He*  
*ἔδαροις, βρωσίμοις. Αἰσχύλος.*  
 1369. *ἄνσῶς* Farn. Vict. *ἄν*  
*γρηαιῶς.* Correxerit Stanleius. Soph  
*ποταμιῶν,* et Oed. Col. v. 1597. *ἄν*  
*inde ὀρώμενον* Flor. Ven. Vict. *ὀρα*  
*νός* Farn. *ὀρώμενον* Canterus. Recti  
 1370. 1371. *ἐπέθου* Farn.  
 superscripto *ε* Flor. *ἀπέτεμες,* ad alt  
 dicule haec verba, *τόδ' ἐπέθου θύος*  
 fieldius interpretatus est, *imposuisti ti*  
*mactandae)* hoc thus *publicarum excre*  
*τόδ' ἐπέθου θύος, δημοθρό*  
*ἀπέδικες ἀποτόμωσ.*  
 et *populi dirae* ...



1372. ὄμβρομον etiam Ven. Farn. ut edd. vett.

1375. Libri οὐδὲν τόδ'. Stanleius, sive potius Vossius, Orellius-  
que ad Isocr. p. 375. et Blomfieldius οὐδὲν τόδ', id ut ad ῥῶν referatur. 1414  
Probabiliter illud quidem, firmavitque Blomfieldius exemplis, sed non ut  
sit necessarium. Inscite oblocutus est Wellauerus, οὐδὲν τόδε nihil  
eiusmodi significare putans. Immo non hoc: illud hoc autem explicatur  
iis quae sequuntur. in Sk

1377. εὐπόκοις Flor. Farn. Vict. εὐτόκοις Ven.

1379. Θρηκίων τε (τε Farn.) λημμιάτων Ven. Farn. Vict. Ex Flor.  
enotatum ἐλημμιάτων. Emendavit Canterus.

1380. Libri χρή. Emendavit Porsonus. 1381. βιασιμάτων Ven.

1383—1385. In Farn. post τοιαῦτ' puncto est distinctum. Blom-  
fieldius haec ita distribuit, λέγω δέ σοι τοιαῦτ' — ἀπειλεῖν ὡς παρ-  
εσκευασμένης ἐκ τῶν ὁμοίων — χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ ἄρχειν. Wel-  
lauerus, quem secutus est Scholefieldius, ita scripsit, λέγω δέ σοι,  
τοιαῦτ' ἀπειλεῖν ὡς παρεσκευασμένη ἐκ τῶν ὁμοίων, χειρὶ νικήσαντ'  
ἐμοῦ ἄρχειν. Deteriora etiam aliorum commenta sunt. Sensus per-  
spexit Schützius, qui in minore editione non male, sed praeter necessi-  
tatem scripsit ὡς παρεσκευασμένη σ' ἐκ τῶν ὁμοίων. Consentunt in  
παρεσκευασμένης libri, nec quicquam mutandum est. Hoc dicit, iubeo  
te talia minari, ut me parata imperare mihi, qui vicissim me vi vicerit.  
Id est, minitare, si libet: ego parata sum, si, quemadmodum ego nunc  
potentior sum, sic tu me viceris, ferre imperium. Ἐκ τοῦ ὁμοίου satis  
explicatum a Stephano in Thesaurō.

1386. Libri γνώση vel γνώση.

1388. περίφρονα, superba, plena contemptus. Suppl. v. 727. πε-  
ρίφρονες δ' ἄγαν ἀνίρω μένει μεμαρογώμενοι κνοθρασεῖς θεῶν  
οὐδὲν ἐπαύοντες.

1389. In Vict. nulla interpunctio post ἐπιμαίνεται, ubi Canterus  
plene interpunxit.

1390. 1391. Libri λίπας. Correxerunt Porsonus. Deinde εὐπρέπειαν  
τίετον. ἔτι σε χρὴ Ven. Vict. εὐ πρέπει ἀντίετον ἔτι σε χρὴ Flor. εὐ  
πρέπει ἀτίετον ἔτι σε χρὴ Farn. Auratus et Canterus ἐμπρέπει ἀτίε-  
τον. Schützius cum Heathio οὐ πρέπει ἀτίετον. Blomfieldius, adscito  
Casauboni λίβος, haec obscura atque inconnexa dedit, μεγαλόμητις εἰ,  
περίφρονα δ' ἔλακες· ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τῆς φρὴν ἐπιμαίνεται.  
λίβος ἐπ' ὁμμάτων αἵματος ἐμπρέπει ἀτίετον. Secutus est Schole-  
fieldius. Sed ista quid sibi volunt? Ὡσπερ οὖν particulae sunt quibus  
confirmantur quae adiuncta sunt. Supra v. 1130.

τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥσπερ οὖν ἔχει παθεῖν.

Choerph. v. 86.

ἢ σῶν ἀτίμως, ὥσπερ οὖν ἀπόλετο  
πατήρ, τὰ δ' ἐκχέουσα, γάποτον χύσιν,  
στείχιο;



www.libtool.org

...αριετον, ex supra sc  
legendum esse significabatur. Itaque  
spondet chorus Clytaemnestrae verbis i  
cernendum ferro et sanguine. Itaque si  
sicut furibunda sanguineam fortunam e  
nis guttam inultam conspici: aliquand  
ictum ictu luere, i. e. sicut expetis caed  
Facies Clytaemnestrae sanguine erat cons  
tur. *Αίπος αίματος* Sophocles quoque

1392. Libri *τόμμα τόμμα*. Eme  
Deinde libri *τίσαι*. Correxerit Porsonus.

1393. Recte libri *ἀκούεις*. Eo si q  
discernere nesciens offenderetur, saltem ἀκ  
adsciscere debebat.

1395. Libri *ἐριννέν θ'*.

1396. Libri *οὐ μοι φόβον μέλαθρο  
πατεῖ*. Vict. *ἐμπατεῖν*. Vix credibile est edi  
*φόβον μέλαθρον*. Quin Elmsleius ad Hera  
Aeschyli versum cum iis quae ibi Euripides l  
*κοίην φόβω*. At num qui una cum timore h  
domo potest, sed concedere in illam nescio  
bet? Solutus ille omnium qui Aeschylum attiger  
hunc locum affectum esse animadvertit, *φόβον*  
Sed scripsisse potius videtur Aeschylus

*οὐ μοι φόβον μέλαθρ' ἄν ἐλπὶς ἐμ*  
Sophocles Ant. v. 235.

*τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμέ  
τὸ μὴ παθεῖν ἄν ἄλλο πλὴν τὸ μόρ*  
Non, inquit Clytaemnestra, *spes mihi est tim*  
*gressurum esse, quamdiu...*

ne articulum quidem si addidisset, *κεῖται γυναικὸς τῆςδ' ὁ λυμυαντήριος*, satis apte esset locutus. Nulla tamen in hoc versu vitii suspicio est. Ex quo consequitur, quod certissimum esse arbitror, excidisse aut ante hunc versum alium versum, in quo nomen aliquod substantivum fuerit, aut post eum. Ac vel hebetior aliquis, opinor, sentiet quantum ab librorum illa debili atque imperfecta oratione distet plene enuntiata sententia, ut si eiusmodi versum, qualem potuit saltem facere Aeschylus, adicias,

*κεῖται γυναικὸς τῆςδε λυμυαντήριος  
ἀνὴρ, θυγατρὸς τῆς ἐμῆς φρονεὺς ὄδε,  
Χρυσήϊδων μείλιγμα τῶν ἐπ' Ἰλίῳ.*

Choeph. v. 751. *στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμυαντήριον οἴκων*. Itaque versum excidisse indicavi.

1405. 1406. Libri *ναυτίλων δὲ σελεύματων ἰστοτρίβης*. Wellauerus in Lexico Aeschyleo scribendum esse suspicabatur *ναυτικῶν*. Idem, ut Blomfieldius dicit, coniecerat Casaubonus. Pauvius *ισοτρίβης*, quod receperunt Schützius et Porsonus. Porsonus haec quomodo intellexerit nescio: ceteros nihil expedivisse video. Schützi interpretatio, *itineris maritimi consors*, neque cum verbis poetae congruit, qui si illud in mente habuisset, non *ισοτρίβης*, sed *ὁμοτρίβης* dixisset; neque continet, quod exspectamus, aliquid exprobativis. *Σελεύματα* potuerunt fortasse *ναυτίλα* dici, si intelligebantur *navigantia*. Sic Sophocles Phil. v. 220.

*τίνες πότ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλω πλάτη  
κατέσχετ' ;*

et Euripides initio Archelai

*Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,  
σὺν παισὶ πενήκοντα ναυτίλω πλάτη  
Ἄργος κατασχών.*

Sed Aeschylum scripsisse puto *ναυτίλοις δὲ σελεύματων ἰστοτρίβης*. *Capitula ista*, inquit, *et prodigiorum interpretes et tori socia huic fatidica fida coniuæ, nautis vero aequæ cum transtris trita*.

1407. 1408. *κύκνον* — *γόνον* assert Tzetzes ad Lycophr. v. 426.

1409. *φιλήτωρ* Flor. Reliqui *φιλήτωρ*. In τοῦδ' consentire videntur libri. Sed quum scholiastes adnotaverit *ἐκ ψυχῆς φιλουμένη τῷ Ἀγαμέμνονι*, videtur ille *φιλήτωρ τῷδ'* habuisse. Idque recepi, quum quod recte ille *φιλήτωρ*, quod Hesychius a verbo cognato factum *ἐραστής* interpretatur, ex *φίλος* et *ἦτορ* compositum esse iudicavit, tum quod sic rectius procedit sententiae ratio. Nam his, *φιλήτωρ τῷδ'*, opponitur *ἐμοὶ δὲ χλιδῆς παροψώνημα*. Addendum est *φιλήτωρ* ad *κακοήτωρ* et *μεγαλήτωρ*, de quibus Lobeckius Paralip. p. 217. A *φιλεῖν* Nonnus *φιλήτορι κόλπῳ* dixit XXI. 27. Quae Strabo X. p. 484. de Cretensibus habet, *τὸν μὲν ἐρώμενον καλοῦσι κλεινόν, τὸν δ' ἐρασίην φιλήτορα*, attulit Blomfieldius, male ille vituperans scholiastam Aeschyleum vocabulum a *φίλος* et *ἦτορ* derivantem.



... ἐπιπέσει. 8  
contigerat Agamemnonem interficer  
1411. De stropharum huius caru  
doctr. metr. p. 737. seq. et in Epitom  
nem sanum haec mihi concessurum dix  
sani videri. Ipse paulum mutatam B  
perturbata aequalitate, duas integras a  
excidisse putabat. Blomfieldius aequalit.  
ipse quoque necesse haberet non duas t.  
tistrophas, quae nullo in libro scriptae s  
rum duas quidem Burneii monitu repe  
est: sed illud lucrum damnosum est car  
iteravit versus 1504 — 1515. chorum fec  
ceret ineptissime, Clytaemnestram autem n  
sed loqui de iis quae usque ad v. 1533. he  
enim, quum in edd. vett. omnia quae non C  
buta essent, choro dedit quae anapaestis sc  
michoriis, recte fortasse, si, ubi chori pers  
loqui existimavit. Hemichoria, sed temere  
editione introducta sunt. Veri simile est hic  
a toto choro canatur, singulos de quindecim  
huisse. Quumque quater anapaestos recitet  
habeat, videntur terni semper cecinisse, ana  
vel idem omnes coryphaeus vel ex quattuor.  
Itaque ego quoque anapaestos choro, sed in  
his quoque summa est aequalitas.  
1413. Libri *γένουσι' ἐν ἡμῶν*. Porsoni  
*ἡμῶν*. Emperius *γένουσι' ἄν ἡμῶν*. Praestat  
1416. Recte libri veteres *καὶ* huic versi  
Ven. Flor. Vict. habent. etiam ...  
sic ad...

ἐπηνθήσω δι' αἰμ' ἄνπιτον,  
 ἥτις ἦν τότ' ἐν δόμοις  
 ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζύς.

In ἐπηνθήσω consentiunt Ven. Flor. Farn. Vict. Id Auratus in ἀπηνθήσειν mutandum putabat. Casauboni coniecturam ἀπηνθήσω receperunt Schützius, Porsonus, Blomfieldius, ceterum haec sic ut in libris leguntur cohaerere existimantes. Et videri possent cohaerere, si legeretur

νῦν δὲ τέλειον ἐπηνθήσω αἰμ' ἄνπιτον.

Sed nunc et orationis perversitas et metrorum ratio ostendunt aliquot versus excidisse post *τέλειαν*. Nam et anapaestis et iis, quae hos excipiunt, respondent versus 1504—1515. Ἐπηνθήσω non erat mutandum, sed deleri debebat, ut Wellauerus quoque vidit, δι', adscriptum ab interprete vel ortum ex proxime sequentibus litteris. Respondet enim antistrophico versui hic, cuius prima syllaba deest, supplenda, ut videtur, hoc modo,

ἢ πολύμναστον ἐπηνθήσω αἰμ' ἄνπιτον,

i. e. profectio multum recordandum tibi adpersisti inexprabilem sanguinem. Dicit haec de Helena. Alio modo, sed non plane dissimili, usus est hoc verbo Aeschylus in Sept. c. Th. v. 924. ἰὼ πολλοῖς ἐπανθήσαντες πόνοισι γενεάν. Mox libri ἥτις ἦν τότ' ἐν δόμοις. Quum Schützius et Bullerus legi vellent ἢ τις, minime se hoc probare dixit Blomfieldius. At ostendere debebat qui sensus vulgatae lectionis esset, quoque modo expediri illa posset orationis perversitas. Etiam si non moneret metrum antistrophicum, neminem, qui aliquem tragicæ dictionis aut orationis poeticae sensum habeat, non intellecturum arbitror illud ἥτις ἦν non esse a poeta profectum, sed adscriptum ab interprete aut alio errore ortum. Deinde quid est ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζύς? Scaliger ἐρίδματος, ab ἐριδμαίνω, quod placuit Blomfieldio. Quin Scottus in Appendice Thesauri Stephaniani ἐρίδματος pro genitivo habuit ab ἐριδμα ducto. Immo ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζύς est ἐρίδμητος, gravis domitrix viri calamitas, quo nomine hic patet Helenam, quae etiam Agamemnoni interfectionis causa exstiterit, designari. Ἐρις autem ex sequentibus syllabis ortum videtur. Post ἐρίδματος aperte excidit τις. Scribendum igitur videtur

ἢ πολύμναστον ἐπηνθήσω αἰμ' ἄνπιτον,

στᾶσαι τὸτ' ἐν δόμοισιν  
 ἐρίδματος τις ἀνδρὸς οἰζύς.

hei memorique cruore neque eluendo  
 conspicua, in domo tum  
 gravis pestis viri peremptrix.

1432. ἐκτρέψης Vict. ἐκτρέψης Ven. Farn. ἐκτρέψης Flor.

1434. ὀλέσασ Farn. ὀλέσασα Vict. ὀλέσαν Ven. Flor.

1436. ἐμπίπτεις Canterus. Libri ἐμπίπτεις. Deinde libri διφρυεῖσι.

Blomfieldius et Wellauerus ex mea emendatione διφρυόισι. Antagoras apud Diog. Laert. IV. 26. sive in Brunckii Anal. t. I. p. 260. ep. 2. τὸ καὶ σέο σῶμα δίφρυον. Hesychius δίφρυον νυκτός, τὰ δύο μέρη, τὸ

... μ. p. 494.

1437. *τανταλίδειον* Flor.

1438. Libri *κράτος ἰσόφυγ*  
Additum a me r' ab novissimis edit  
rii, ne deesset quod genio diceret c  
pellationes saepissime nudas poni, et

1439. Libri *καρδία δηκτόν*.  
*κροατόνοις*, fortasse typographi erro  
*irruis in domum et duplices Tantal*  
*animi a mulieribus* (Helena et Clytae

1440—1442. Libri *δίκαν μοι*  
*ἐκνόμωσ* Ven. Flor. *σταθείς ἐκνόμα*  
Schützius, Porsonus, Stanleius in cur  
scholiastes, ὡς *κόραξ ἐσθίων νεκρῶν*  
*ἐκνόμωσ δικάσει*, παρὰ τὸ *δίκαιον*.  
Elberlingius et proinde Canteri quam  
probabat. Assensus ei est Creuzerus in  
picturam ei explicationi adhibens de q  
Oresteide p. 223, seq. Clytaemnestram d  
*γυνή* ex praecedente *γυναικῶν* intelligend  
lus ita fere scripisse,

*ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν*  
*κῆρυκος ἐχθροῦ σταθεῖσ' ἐκνό*  
*ῦμιον ὑμνεῖν ἐπιέχεται \* μύσοι*  
Nam quum libri habeant *ῦμιον ὑμνεῖν ἐπι*  
apparet, quem addito *δόμοις* integrandum  
*γόνω* addendum esse videbatur.

1443. In Victoriana per errorem ommissa  
Auratus *ῥῶν γ'*. At δὲ refertur ad smpr...

*ἔλεγεσ.*

1447. Libri *νείρει*. Scaliger *νείκει*. Casaubonus *νείρη*, quod suum fecit Stanleius, probavitque Albertius ad Hesychium v. *νείρη*, et receperunt Schützius in editione maiore ac Blomfieldius. Recte vero animadvertit Wellauerus id *νείρα* scribendum fuisse. Mea sententia, si uterum vel viscera dicere voluisset Aeschylus, *νηδυῖ* scripsisset. Idque eum scripsisse putavit H. L. Ahrens. Sed existimo *νείρει* dativum esse ignoti hucusque vocabuli *νείρος*, quod intimum locum significaverit. Adiectivo *νείρός* usus est Lycophro v. 896.

*κρήρουσ' ἄφαντον ἐν χθονὸς νειροῖς μυχοῖς*,  
ubi videndus est Bachmannus.

1448. Auratus *ἄγος*, quod Schützius in minore editione recepit. At *ἄγος* saepe *malum* significat. *Ἰχώρ* est *sanies*. Hesychius *ἰχώρ*, *αἷμα συμπεπηγός*, *ἔμπυον*, *σηπεδών*. Sic scribendum. V. ibi interpretet. et Foesium in Oec. Hippocr.

1449. 1450. Libri *ἡ μέγαν οἴκοις τοῖσδε δαίμονα*. Scribendum esse *τοῖσδ' αἴμονα* monui in adnotationibus ad interpretationem Humboldti. Sed eo nondum perfecta est emendatio: nam spondeum *οἴκοις* vitiosum esse arguit versus antistrophicus. Grammatici haud dubie inventum esse *μέγαν οἴκοις*, ut metro consuleret, quum depravatam scripturam *τοῖσδε δαίμονα* in codice suo invenisset, cum quibus verbis construi non posse videbat *μέγα*. Scripsit Aeschylus

*ἡ μέγα δώμουσι τοῖσδ'  
αἴμονα καὶ βαρῦμητιν αἰνεῖς,  
φεῦ φεῦ, κακὸν αἶνον ἀτη-  
ρῶς τύχας ἀχορέσπου.*

*Αἴμονα* *θήρης* in Iliade V. 49. *peritum* significare volunt: vereor ne illic quoque *ferocem* intelligi oporteat et *cruore gaudentem*, ut in Hecuba v. 91. dictum est *λύκον αἴμονι χαλᾷ*. *Cruentatum* significat in Aeschyli Suppl. v. 814.

1454. *πανεργέτα* Farn. Vict. *πανεργέταν* Ven. Flor. Haec ante oculos habuit scriptor Christi patientis v. 1465.

*ὦ παῖ παναιτίου θεοῦ πανεργάτα,  
τί γὰρ τελεῖται τοῖς βροτοῖς ἄνευ σέθεν;  
τί δ' οὐ θεόκραντόν γε τῶνδ' ἐστίν; ἰώ,  
ἰώ, ἰώ,  
ὦ βασιλεῦ, βασιλεῦ, πῶς σε θαυρόσω;  
ὦ θεέ μου, θεέ μου, πῶς σε καλέσω;  
φρονὸς ἐκ φίλιος τί σοί ποτ' ἄρ' ἄσω;  
κεῖσαι γὰρ ὑφάσμασι τοῖσδ' εἰλιγμένος.*

1457. *ἰώ* semel Ven. Flor. Geminant Farn. Vict.

1459. In Flor. *τί* prius omissum, postea additum. *τί ποτ' ἄρ' εἶπω* Farn. Apparet Triclinium hic et mox v. 1461. versus acatalectos dare voluisse.

1461. *ἐκπνεῖων* Farn.

...παισσε, qui επιλεξασθαι coniecit.  
adnotavit, Vossius probarunt, επιλεξ  
veris: nam hoc επιλεξασθαι dicitur.  
dum coniecisse Blomfieldius dicit. Sc  
1472. νεχροις Farn. quae etiam  
Recte autem in edd. vett. haec conie  
νευροις επιθύσας. Non intellexerunt  
gulam post ἀπέτισεν posuerunt idque  
non est activi potestas. Hoc dicit po  
ροις, επιθύσας αὐτόν, hunc adultum  
propter eos maclatum.

1475. Auratus πῶς, πῶς. He  
Λιωριεῖς. Significat qua ratione.  
θεν interpretatur, male ille tamen ex  
deest δέ.

1479. Mireris fuisse qui μέλεος  
ma longa esse. προβαίνων Cante  
leri coniecturam, δίκην pro δὲ καί, m  
dius, sic interpretans, "quo quum pro  
solvantur poenae, ob concretum rorem  
Nihil lucri ex languidiore sententia.

1480. Libri πάχνα κουροβόρον  
πάγγαν κουροβόρον. Deinde προσέ  
Meam emendationem πάγγα receperu  
mulatione opus est. Ὅποιοι δὲ καὶ π  
ἄν καὶ προβῆ. Sensus est, et quom  
exhibebit, scilicet ὁμοσπόρους ἐπιρο

1481. In Ven. ἡμιχόριον prael  
semel Ven. Flor.



Aeschulo abiudicavit Seidlerus de versibus dochm. p. 408. cum quo etsi dissentiebam in dissertatione de versibus spuriiis apud Aeschylum p. IX. (Opusc. II. p. 82.), tamen nunc assentior. Nam ut hiatus excusationem habere videatur a pausa quae post γενέσθαι est, tamen frigent maxime hi versus produntque manum interpretis, rationem reddentis eorum quae sequuntur.

1490. Signum interrogandi recte apposuit Schützius. Blomfieldius, dubitans de interrogatione propter sequens ἀλλά (id quomodo dubitari potuerit non video), Dobraei praeclaram, quam vocat, emendationem recepit, *δοέλιον ἄτην*. Miror Dobraei, viri recto iudicio insignis, hanc fuisse coniecturam, quae prorsus absurda est. Sermo est enim de doloso sacrificio Iphigeniae.

1492. 1493. Libri τὴν πολυκλαυτὸν τ' ἰφίγένειαν ἀνάξια δράσας, ἄξια πάσχων. Porsonus ad Medae v. 822. τὴν πολυκλαυτήν. Infeliciter Elmsleius ad Med. v. 807. τ' Ἰφίγένειαν deleri volebat. Monui in adnotatione ad interpretationem Humboldtii scribendum esse

ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερθὲν

τῆς πολυκλαυτῆς Ἰφίγενείας,

ἄξια δράσας, ἄξια πάσχων,

i. e. ἄξια ἀξίων δραμιμάτων πάσχων. Nimirum grammaticus quum absurde dici putaret ἄξια δράσας, scribendumque esse ἀνάξια, huic verbo cetera, ut metro ne repugnarent, accommodaverat.

1497. φροντίδος Ven. Flor. φροντίδων Farn. Vict. Assentior Blomfieldio φροντίδος magis probanti, qui tamen cum aliis φροντίδος στερηθεῖς iungit et ἀμηχανῶ ad εὐπάλαμον μέριμναν refert. In edd. Vict. Cant. omissis interpunctionibus στερηθεῖς φροντίδων μέριμναν constructa videntur, neque id non videtur recte fieri, praesertim si φροντίδος μέριμναν ex ἀμηχανῶ pendeat. Sic Sophocles El. v. 959.

ἢ πάρεστι μὲν στένειν

πλούτου πατρῴου κτήσιν ἐστερημένη.

1498. Libri εὐπάλαμον. Porsonus εὐπάλαμον. Librorum scriptura suspicionem facit scriptum fuisse ἀπάλαμον, notiolem librariis formam, pro ἀπάλαμον. Neque dubito quin ἀπάλαμον posuerit Aeschylus, more eo quo per epitheta effectus verbi adiuncti significatur. Metrum non obstat, quum etiam alia huiusmodi verba, praeter constantem in ἀθάνατος usum, ad epicorum exemplum prima syllaba producta inveniantur, ut ἀκαμάταν apud Sophoclem Ant. v. 339. ipsumque ἀπάλαμον apud Pindarum Ol. I. 95.

1499. ὄπα, superscripto η, Farn. Elmsleius ad Heracl. 595. ὄποι, cui recte ne Blomfieldius quidem obtemperavit.

1500. δημοσγαλή Ven.

1501. ψακὰς Blomfieldius. Libri ψεκάς.

1502. δίκη Flor. Vict. δικά, superscripto η, Ven. δικά, superscripto η, Farn. δίκη Aurati emendatio est. Deinde libri θήγει. Ex

Blomfieldius et Scholefieldius  
enim ἐπιθεῖν.

1506. *δροίτας νῦν κατὰ*  
ditamentum *νῦν*, quo versus ad  
vitque, a Porsono uncis inclu  
Aeschilo Etym. M. p. 288, 5. *ἢ*  
*δρότιη* scribi, nominatimque E  
de eo vocabulo in glossario Blon

1509. Libri *τλήσι* vel *τ*  
*αὐτῆς* male Farn. adscitum tamen

1510—1512. Edd. vett. *ἃ*  
*ἔργων μεγάλων ἀδίκως ἐπικρά*  
*κῶσαι* in Porsoniana, quae tamen  
Displicet asyndeton, mallesque pr  
rium. Verum non ita scripsit Aes  
*αὐτῆς ἀποκωκῶσαι* (scilicet *αὐτόν*  
*μεγάλων ἀδίκως ἐπικράναι*.)

1513. Inutilem Stanleii sive *ἡ*  
*αἰνον*, receperunt Schützius, Blom  
Bernhardy in Syntaxi p. 108. non  
esse, ut in Suppl. v. 531.

1514. *σὺν δακρύοις* Flor. *ἢ*  
mutavit. Ven. Farn. *σὺν δακρύοις*  
cis, si ea recte emendavi.

1516. *οὔτε προσήκει* Farn.

1518. Porsonus in Adv. p. 1  
Dubitavit de scriptura propter au  
v. 1380. *κάπτεσε κ' ἔθανεν* Farn.

1519. Auratus τῶν *ἔξοικων*.

*ἰώ, ἰὼ δαίτα*

*πρό*

1522—1526. Libri ἀλλ' Ἰφιδένειαν· ἴν' ἀσπασίως — φιλήσει. Haec etsi sic scripta esse potuerunt, si praegressa, quae exciderunt, per-mittebant, tamen tam parum id veri simile est ut non dubitandum videatur quin recte emendaverit Iacobus ἀλλ' Ἰφιδένειά νιν ἀσπασίως — φιλήσει.

1525. ἀγέων Ven. Explicant πόρθμενμ' ἀγέων non sane absurde: sed nescio tamen an scripserit Aeschylus πόρθμενμα νεκρῶν.

1526. Libri χεῖρα. Emendavit Porsonus. Euripides Androm. v. 115. πρὸς τὸδ' ἀγαλμα θεῆς ἰκέτις πέρι χεῖρε βαλοῦσα. Deinde vulgo·φιλήσει. Vide ad v. 1522.

1527. Recte perspexit Wunderlichius in Obs. crit. p. 48. convici-um pro convicio sic esse intelligendum, ut propter iniuriam, quam sa-crificanda filia matri fecit, ipsi nunc a Clytaemnestra par referatur. Quae sequuntur sic accipienda, *aufert* Clytaemnestra *aufertentem*, *luitque qui occidit*.

1530. Libri χρόνω. Schützi emendatio est θρόνω. Pindarus Ol. II. 106. τὰ δ' ἐν τῷδε Διὸς ἀρχῆ ἀλιτρά κατὰ γῆς δικάζει τις ἐχθρῆ λόγον φράσαις ἀνάγκη.

1531—1533. Libri θέσιμον γὰρ τίς ἂν γονὰν ῥῶον ἐκβάλοι δόμων, κεκόλληται etc. Mea emendatio, ἀραιῶν, recepta a novissimis editoribus. Sed θέσιμον γὰρ separandum est a ceteris verbis: quo si-gnificatur legem hanc esse, ut puniatur qui male fecerit. Perspexit hoc I. Symmons in adnotatione ad Anglicam interpretationem Agamemnonis p. 145. Deinde libri γένος προσάψει. Stanleius coniecit γένος προς-άψαν, Schützius γένους προσάψει. Blomfieldius edidit κεκόλληται γέ-νος πρὸς ἄτα, multus in demonstranda permutatione harum litterarum ψ et τ. Recepit hanc quam praeclaram vocat emendationem Scholefieldius, admisitque E. Leutschius in Schneidewini Philologo vol. I. p. 120. Scholefieldius, si quis dubitet, videre iubet Porsonum ad Med. v. 553. Scilicet Porsonus permutari ψ et τ illo loco docuit. At nemo dubitabit quin αται facile in αψαι abire potuerit: illud autem permulti dubitabunt, aptane sit ista quam Blomfieldius intulit sententia. Videbunt enim non esse omnino aptam neque ullo pacto cohaerere cum praecedentibus. Ferri πρὸς ἄτα posset, si non γένος, sed δίκη vel τίσις κεκόλλησθαι diceretur, praegresso versu in parenthesi apposito. Hic, praesertim si asyndeton recte se habet, aliquid exspectatur quo graviter confirmetur id quod praecedente versu dictum est. Ideo ego conieciem *κεκόλληται γένος πρὸς ἄψη*, sententia bona, sed vocabulo neque apto satis neque usitato tragoediae. Id Aeschylus sic potius dixisset, *κεκόλληται γένος πρὸς ἤπιον*. Scribendum potius erat

*κεκόλληται γένος προσόψει.*

Confirmans chorus quod dixerat, non pellendam domo fuisse et neci tra-dendam filiam, graviter addit, prolem ad aspectu cum parentibus esse con-iunctam.

quasi ne hoc quidem probandum  
hic ad chori vaticinium refertur,

www.libtool.com.cn

ξέν Vict. et, ut videtur, Farn.  
1536. πλεισθενιδᾶν, super  
Iliadis p. 68, 19. ὁ Ἀγαμέμνων, ὁ  
δὸν καὶ Αἰσχύλον (hic et v. 1571  
δες νομίζονται, et p. 69, 3. κατὰ  
λοῦς τινὰς Ἀτρείως καὶ Ἀερόπης  
Κλεόλλας τῆς Αἴαντος Ἀγαμέμ  
δὲ τοῦ Πλεισθένης τελευτήσαντι  
γέντες Ἀτρείως Ἀτρεΐδαι πολλο  
Eadem, sed Aeropen Plisthenis uxor  
1537. Φεμένη Ven. Flor. Φε  
1538. δύσπλητά περ Flor.

primus Auratus.  
1540. Hic versus deest in Farn

1541. τε in δὲ mutandum vide

1542. 1543. Libri πᾶν ἀπόχρη  
Farn. ἀποχρή. Malam Canteri conieci  
καὶ sibi responderent, admiserunt Blos  
tum est hoc dicere Clytaemnestram,  
exiguo se fore contentam. Μοι inter  
τάσδ', quod scriptum fuerat τὸ', super  
1545. Si imitatus est Aeschylum  
fabulae mentionem feci ad v. 764. rei  
verba quae ex versibus trochaicis excer  
p. 246, 29.

*inimicitias Pelopidarum . . .*

.....

1558. αὐτοῦ ξένια δὲ Ven. αἰτιαῖ· ξένια δὲ, iuncto αὐτοῦ cum verbis praegressi versus, Vict. et sic, ut videtur, Flor. αὐτοῦ. ξένια δὲ, cum glossa φιλοξένια, Farn. Blomfieldius, quem secutus est Scholefieldius, αὐτός scripsit, iunxitque praecedentibus. Monui in adnotationibus ad Agamemnonem Humboldti scribendum esse ἀστοξένια δὲ. Ἀστοξένοι interprete Hesychio sunt οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἀλδαπῆς γεγονότες. Fere eadem leguntur in Bekkeri Anecd. p. 456, 5. Alii alia prodidere, de quibus Ruhnkenius dixit ad Timaeum p. 57. memorans ille etiam permutata ἀστοξενεῖν et αὐτοξενεῖν apud Hesychium. Sic apud Moschopolulum περὶ σχεδῶν p. 119. bis αὐτόξενος pro ἀστοξενος legitur, correctum a Valckenario Animadv. ad Ammonium p. 113. Auctoribus ab Ruhnkenio memoratis adde Eustathium p. 485, 20. et Aeschylum Suppl. v. 341. quem locum, quod praeteriisse videtur Ruhnkenium, spectavit Pollux III. 60.

1559. Schützius, vulgatum αὐτοῦ in praecedente versu languere sentiens, et illud vocabulum et Ἀτρεὺς προθύμως μᾶλλον ἢ φίλος in minore editione ingeniosa sane coniectura delevit, ut sic procederet oratio, ξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατῆρ πατρὶ τῶμῳ. Sed restituto ἀστοξένια patet sublatum esse vitium.

1561. παιδίων Vict. παιδείων Scaliger. Et sic Ven. Flor. Farn.

1563. 1564, Libri ἔθρουπῖ ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος. ἄσημα δ' αὐτῶν etc. Ad ἀνδρακὰς in Farn. adscriptum ἀντὶ τοῦ καθ' ἑαυτόν. Non potuisse Aeschylum ita scribere manifestum est: neque coniecturae, quibus viri docti haec tentarunt, probari possunt. Verum quod olim putavi, excidisse aliquot versus post v. 1562. non amplius credo, quum vitia orationis facillime tolli possint. Scripsisse enim videtur Aeschylus

ἔθρουπῖ ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος  
ἄσημ'· ὃ δ' αὐτῶν etc.

Et illud quidem ἄσημ'· ὃ δ' etiam Dindorfius, sed, ut cetera legit, inepte. Est autem καθήμενος dativo, non accusativo casu scribendum, quia non illud agebatur ut convivas celaret, sed ut coram convivis Thyesten. De Thyeste Hyginus fab. 88. qui quum vesceretur, Atreus imperavit brachia et ora puerorum afferri. Similiter apud Herodotum I. 119. Harpago filii caput, manus, pedes, in canistro, quo abscondita erant, ostenduntur.

1567. Libri ἔμωξεν ἄν. πίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐρῶν, nisi quod in Vict. comma est post ἄν, et ἔπο scriptum. Non omnia feliciter Canterus, sed recte tamen ἀπιπτει. Deinde Auratus et Vossius ἐμῶν. Id male Wellauerus dictum putat pro ἀπεμῶν σφαγῆς, genitivo partem significante. Ἀπὸ σφαγῆς est a macclatis carnibus, fastidio scilicet affectus. Tuetur autem Aurati emendationem historia. Ἐμεία Suida et Zonara p. 700. testibus locus fuit vicinus Mycenis, dictus ita quod ibi carnes

1570. Libri ὀλέσθη. Gl  
sonus.

1571. Dubitari potest scr

1573. Libri τρίτον γὰρ ὁ  
nemo offendit ante Emperium in  
cui tamen et ibi et p. 1000. m  
duos nominat Thyestae filios, qu  
Plisthenem; scholiastes Euripidi:  
v. 449. tres, Aglaum, Orchomenu  
ille tredecim filios, etsi nihil de is  
mum tres mactari potuerunt, quo  
Qui factum igitur ut horum nullu  
proficiat quis quicquam, si non fil  
fuisse statuat, ut pleraequē fuerint  
iecit τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δύ' ἑ  
similitudinem habet, et desideramus  
τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δυοῖν τοῖν  
quum certam emendationem non inv

τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δε  
Nihil quidem praesidii huic coniectura  
δεξα (codex ἐπίδεξα), σκύρον τὸν μι  
δ et χ permutata esse coniciens, su  
esse. Quid autem si ἐπίδεξ passive d  
ceptus sit, ut hic de Aegistho post ma

1576. Ne cui haec, καὶ τοῦδε τ  
cum praecedentibus, tenendum est c  
ceteris in medio explicandi caussa posit

1579. ἰδόντα Ven. Flor. Vict. ἰ  
addendis ad Heracl. v. 693.

1580. Abreschius ἐν θανοῦσιν,  
dum esse coniecerunt. non

et v. 1151.

*ὅς ἐν κακοῖς ὑβρίζει τοῖσι τῶν πέλας.*

Sed non debebat suspicari sensum esse *insolentiam etiam in ignavis non probo.*

1581. *τόνδε φῆς Pauvius. Libri τόνδ' ἔφησ.* Blomfieldius cum Bothio signum interrogandi in fine sequentis versus posuit. Wellauerus, in Humboldtii interpretatione post v. 1580. et 1606. unius versus omissionem asteriscis indicatam videns, intellexit, quod volebam, antithetica ratione hoc colloquium compositum esse, ut medii sint Aegisthi quinque versus 1597—1601. inde utrimque terni chori, tum octo Aegisthi, extremi autem seni, quos rursus chorus recitat. Ex qua descriptione colligitur chorum in hemichoria divisum fuisse, quorum utriusque dux verba fecit. Itaque hemichoria indicavi ubi vulgo chori nomen praefixum est. Hic autem etsi qui desideratur sententiarum nexus restitui duobus modis potest, si aut *σὺ δ' ἄνδρα τόνδ' εἰ φῆς ἐκὼν κατακτανεῖν* scribitur, aut meliore versus numero *εἰ δ' ἄνδρα τόνδε φῆς ἐκὼν κατακτανεῖν* (expressit hoc autem vertendo Humboldtus), tamen neutrum satis veri simile est. Accedit quod etiam *ἐν δίκη* suadet ut aliquid excidisse credamus. Verum lacuna aperte non ubi apud Humboldtum et Wellauerum notata est, ante v. 1581. indicanda erat, sed ante v. 1584. Excidit, nisi fallor, tale quid, *τοῖγαρ στυγηθεὶς δυσθέοις τολμήμασιν*, ut pro *ἀλύξεις* mutata constructione illatum sit *οὐ φημί ἀλύξαι τὸ σὸν κάρα*. Eodem modo illud *τοῖγαρ* interrogationem sequitur in Choeph. v. 882. *φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοῖγαρ ἐν ταύτῳ τάφῳ κείσεται.*

1582. *Libri ἔποικτον.* Blomfieldius, quia haec vox neque alibi exstet, neque hic exstitisse debuerit (id vero quomodo demonstrabit?), *ἐπακτὸν* edidit ex Casauboni coniectura. At quid est *ἐπακτὸς γόνος*? Idem vero est *ἐποικτον* quod *ἐπόικτιστον* v. 1180. In Farn. glossa *ἄξιον οἴκτου*.

1586. Blomfieldius dubitabat an haec Clytaemnestrae oratio esset, credo quod chorum videbat deinde Clytaemnestram alloqui.

1588. 1589. *Libri γνώση, γέρων ὄν, ὡς διδύσκεσθαι βαρὺ τῷ τηλικούτῳ, σωφρονεῖν εἰρημένον.* Glossa in Farn. *προστυγὲν αὐτῷ*, quae satisfecit Blomfieldio, Wellauero, Scholefieldio, aliis. At languidum illud additamentum est. Quare ad Vigerum p. 702. scribendum monui *τὸ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον*. Id intelligere se negat Blomfieldius, nec Wellauerus ferri posse articulum a participio remotum credebatur. Num haesissent, si legissent *ἢ τηλικούτῳ σωφρονεῖν παροιμία*? Illud *εἰρημένον* nisi alius, certe Theognidis est v. 578.

*μή με δίδασκ'· οὐ τοι τηλικὸς εἰμι μαθεῖν.*

1590. *δεσμὸς δὲ Farn. Vict. δεσμὸν δὲ Ven. Flor.*

1591. *ἔξοχώτατε Ven.*

1593. *Libri πῆσας.* Glossa in Farn. *παθίων*. Est illud quidem analogiae congruum participium, sed quum neque usitatum sit, neque a

grammaticis commemoretur, neque cur ei Aeschylus παθίων posthabuerit appareat, non videtur dubitandum esse quin corrigi debeat. Ac παίσις praebet scholiastes Pindari Gottingensis ad finem Pyth. II. qui hunc versum ex Agamemnone affert. Respicit versum Zenobius V. 70. non afferens tamen. Butlerus coniecit scribendum esse πταισίσις, idemque, probatum Porsono Adv. p. 158. cui tamen nota erat scholiastae illius lectio, et Elmsleio ad Baccharum v. 794. adsciverunt Blomfieldius et Wellauerus. Mirum, quum παίσις, offendens, aptissime dictum sit, praelatum esse quod languet. Vide ad v. 972.

1594. Libri γύναι σὺ τοὺς ἤκοντας ἐκ μάχης νέον. Auratus quum coniecisset τοῦ γ' ἤκοντος, Stanleius τοῦδ' ἤκοντος scribi iussit, quod receperunt Schützius, Porsonus, et ceteri praeter Wellauerum et Scholefieldium. Wellauerus τοὺς ἤκοντας ab οἰκουρός pendere voluit (quod fieri non potest), hoc sensu, domi exspectans eos qui ex pugna rediissent: nam chorum haec non Clytaemnestrae, sed Aegistho dicere, quem mulierem appellet: Clytaemnestram non esse in scena. Hoc postremum plane falsum est: mansit enim Clytaemnestra in scena, manetque usque ad finem fabulae: illud prius autem non minus errore caret. Nam si quis putet, γύναι quum dicit chorus, Aegisthum appellari, necessario statuere debebit scribendum esse non αἰσχύνουσα (id enim non solum ambiguum, sed prorsus ineptum esset), verum αἰσχύνας, masculinum participium. Praeterea ob eandem ambiguitatem scribendum esset coniunctim γυνή σὺ. Sic demum haec recte dicta essent. Scholefieldius ad τοὺς ἤκοντας ἐκ μάχης νέον intelligendum putavit ἔδρασας. Id quidem fieri non potest, nisi sic, ut mutata constructione adiecta sint illa ἀνδρὶ σιτρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον. Praestat Stanleii emendatio: sed scribendum est cum Blomfieldio continuata oratione γύναι, σὺ τοῦδ' ἤκοντος ἐκ μάχης νέον οἰκουρός εὐνήν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ' ἅμα etc. Stanleius post αἰσχύνουσ' apponere virgulam voluit.

1596. Libri τόνδ' ἐβουλεύσας. Blomfieldius, cui iam olim τῶδ' in mentem venerat, id postea codicis Flor. auctoritate recepit. At τῶδε βουλεύσας Flor. et Ven. infra v. 1603. habent, non hic. Inutile est autem τῶδε, aptum vero τόνδε, quum caedes haec, quae modo facta est, hoc quasi in iudicio disceptetur.

1600. Libri ἡπίσις. In Farn. glossa ἡμέροις. Quod Pauwius coniecit, probatum Heathio, ἡπίσις, recepit Blomfieldius. At neque mites se esse simulant Aegisthus et Clytaemnestra, neque, si simulant, recte id diceretur, quum Orpheum non feras belluas, sed omnia mitigasse dixerit Aegisthus. Iacobi emendationem, νηπίσις, merito probarunt alii.

1601. Libri ἄξιη vel ἄξιη et φανῆ vel φανῆ.

1602. Hoc dicit, tu scilicet mihi rex Argivorum cris. De his particulis ὡς δὲ videndi Seidlerus ad Iph. Taur. v. 1304. et Schneiderus ad Platonis Civit. I. p. 36. Libri ἔση vel ἔση.



1603. τῷδ' ἰβουλεύσας Vict. et, ut videtur, Farn. τῷδε βουλεύσας Ven. Flor.

1604. De iterato οὐκ vide Reisigium in Comm. crit. ad Oed. Col. p. 239. Signum interrogandi, quod in fine huius versus positum est, rectius tolli videtur.

1605. Male Auratus σοφῆς, hunc versum choro continuandum ratus.

848. Libri *ἔξελοῦσ'*, praeter Aug. qui *ἔξελθοῦσ'* habet. In scholiorum editione Robortelliana scriptum est *Ἐξελθοῦσα*.) *διαπερώσασα μάχιμον γὰρ τὸ ὄρεον, τῶν τε ἄλλων ζώων τὸ συγγενὲς αἰδουμένων μόνος οὐ φεῖδεται*. Sed in M. neque lemma est, et scriptum *ἀναπτερώσασα*. Frustra *ἔξελοῦσα* tueri conatus est Wieselerus. Neque recte *ἔξεδουσ'* ego scripseram. Vera est haud dubie Musgravii emendatio, *ἐκζέουσ'*, atque ad hanc ipsam lectionem pertinet fortasse explicatio illa, *ἀναπτερώσασα*. Activum est *ἐκζεῖν* etiam in Sept. c. Th. v. 690. *ἔξέζεσαν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα, σευσεκέρνυεν ἐνὶ ἀνὴρ ἀεστὸν αἰσθῆναι δῖραε Οἰδipi*. Eur. Cycl. v. 392. *καὶ χάλκεον λέβητ' ἐπέξεσεν πυρὶ*. Conf. Lob. ad Ai. p. 92.

849. *ἐν τοῖς ἑμοῖς ἀστοῖσιν* Victorius, et sic Ven. Flor. *ἐν τοῖς ἑμοῖσιν ἀστοῖσιν* M. Par. *ἐν τοῖς ἑμοῖσιν αὐτοῖσιν* Aug. G. Ald. Rob. *ἐν τοῖς ἑμοῖς αὐτοῖσιν* Turn. Deinde *ιδρύση κάρα*, sed ultima littera in η mutata, M. *ιδρύση κάρη* Aug. Par. *ιδρύση κόρη* G. Ald. Turn. *ιδρύση βάρη* Rob. *ιδρύση κάρα* Ven. Flor. Farn. et sic Victorius. *ιδρύσης Ἄρη* scribendum esse vidit Stephanus.

850. *ἐλλήνους* G. Ald. unde *ἔλληνας* Turn. Ceteri recte *ἀλλήλους*.

851. Libri *οὐ μὲν παρών*. Scholiastae interpretatio est *οὐ μακρὰν*. Videtur ἢ *μὲν παρών* legisse. Certe ita scribendum puto: *foris sit bellum, aut brevi spatio remotum, in quo magnus erit gloriae amor*. Significatur autem pugna Marathonica. V. Opusc. VI. 2. p. 108.

852. *ἔστι* M. *ἔστι* Par. Ceteri recte *ἔσται*.

853. V. ad Pers. v. 757. *Οὐ λέγω, dictam nolo*. Ag. v. 938. *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*. Soph. El. v. 1466. *ὦ Ζεῦ, δέδορκα φάσμι ἄνευ φθόρον μὲν οὐ πεπτωκός· εἰ δ' ἔπεισι νέμεις, οὐ λέγω*.

859. *κατὰ τε γὰρ οἰκεῖν* M. G. Rob. *κατὰ γὰρ οἰκεῖν* Aug. Ven. Flor. Ald. Turn.

860. *ἀτίετον φεῦ μῦσος* G. Ald. Turn. *ἀτ. φ. μῦσος* M. Rob. *ἀτ. φ. μῦσος* Aug. Ven. *ἀτ. φ. μῦσος* Flor.

862. *φεῦ* hic libri non habent.

863. οἱ οἱ δᾶ φεῦ M. Rob. οἱ οἱ δᾶ φεῦ Aug. G. Ald. Turn. οἱ οἱ δᾶ φεῦ Ven. Flor.

864. ὑπὸ δύεται. Rob. Alterum τίς non habent libri. Omnes hic πλευρὰς ὀδύνου.

866. τιμᾶν δαμίαν M. Aug. Ald. Rob. Turn. τιμᾶν δαμίαν G. τιμᾶν δαμέαν Ven. Flor. Farn.

867. δόλω, ut videtur, M. δόλοι Aug. Rob. δῆλοι G. Ald. δόλον Ven. Flor. δόλω Turn.

868. καλοῦμαι Ven. Flor. Farn.

870. πολιτισσοῦχον error Ald. Inde πολιτισσοῦχος Turn.

872. 873. Ita haec construenda sunt, εἰ πειθοῦς γλώσσης ἐμῆς ἀγνὸν σέβας ἐστὶ σοι μείλιγμα καὶ θελκτήριον.

874. μένεις, supra adscripto οἰς, G. Deinde θέλεις Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob. Turn. θέλης, supra adscripto εἰ, M. θέλ<sup>ς</sup> Farn.

875. οὐτᾶν Wellauerus. Libri οὐτ' ἄν. Deinde ἐπιρρέπει M. Aug. Rob. Turn. ἐπιρρέπει G. Ald. ἐπιρρέπειν Ven. Flor. Farn. πόλοι Rob.

876. κότον τε ἦ G. Ald. sed in G. τε ex το factum est. κότον πότ' inde fecit Turn. Ceteri recte κότον τίν' vel κότον τιν'.

877. τῆςδε γαμόρω recte Dobraeus. τῆδέ γ' (vel τῆδε γ') ἀμοίρου M. Par. Aug. G. Ven. Flor. τῆδε δ' ἀμοίρου Rob. τῆδε χ' ἀμοίρω<sup>ου</sup> Farn. τῆδέ γ' εὐμοίρου Turn.

879. ἀθείνα Ald. φῆς Turn. φῆς M. Ven. Flor. φῆς G. Ald. Rob. ἔξιν Elmsleius in Mus. Cantabr. II. p. 303. Non opus.

880. οἰζύος G. Ald. Turn. οἰζύος Rob. et reliqui, ut videtur. δεύχον Ald. σύ in G. ex σοί factum.

881. καὶ δὴ δέδεγμαί, fac me accipere. V. ad Vig. adn. 331.

882. ὡς μήτ' ἴν' Ald. εὐθενεῖν Scaliger. εὐσθενεῖν M. εὐσθενεῖν Par. εὐσθενεῖν Aug. G. Ven. Flor. Farn. Ald. εὐσθενεῖν Turn. ἀθενεῖν Rob. V. Lob. Phryn. p. 466.

884. σέβον τί Ald.

885. μή pro καὶ Par. Deinde πρόπαντος recte Abreschius. προπαντός Aug. G. et fortasse M. πρὸ παντός reliqui. Denique libri θήση vel θήση.

886. ἔξεστι Ven. Flor. Turn. ἔξεστιν M. G. Ald. Rob.

888. τοιγὰρ G. Ven. Flor. Ald. τοὶ γὰρ M. Rob. Turn. ἐποικτήση Aug. Ceteri ἐπικτήση vel ἐπικτήση.

889. Libri τί οὖν μ', nisi quod τί' οὖν μ' est in G. Porsonus τί μ' οὖν scripsit. Possis τί γὺν μ'. V. ad Sept. c. Th. v. 190. Deinde τῆδ' εὐφημηῆσαι G. Ald. sed in G. ν ad μ supra scriptum est. τῆδε φημηῆσαι Turn. Ceteri recte τῆδ' ἐφνημηῆσαι.

890. Post ὁποῖα puncto distinguunt G. Ald. Rob. Notam interrogationis in quibusdam libris haberi quum dicit Stephanus, has ipsas edi-

tiones videtur intelligere. Deinde libri *νίχης*. Frustra fuerunt qui id defendere conati sunt. Scribendum erat, ut in adnotatione ad Soph. Ai. v. 976. dixi, *νείχης*. *Opta quae bonae contentionis, non, qualis ante tua fuerat rixa, malae provida sint.* Ἐπίσκοπα enim idem est quod ἐπιμελητικά, ut in Sophoclis versu, βεῶντιος ἄτης τῆςδ' ἐπίσκοπον μέλος. Vocabulo *νείχη* usus est Aeschylus Ag. v. 1338. et, ut videtur, Choeph. v. 593.

894. Libri *βροτῶν*. Emendavit Stanleius.

Expressi videntur ex hoc loco versus esse, quos propterea Ennio adscribimus, apud Ciceronem Tusc. Q. I. 28. quorum mentio etiam fit de or. III. 38.

*suo non intermittat tempore  
caelum nitescere, arbores frondescere,  
vites laetifcae pampinis pubescere,  
rami baccharum ubertate incurvoscere,  
segetes largiri fruges, florere omnia,  
fontes scaterere, herbis prata convestirier.*

895. *εὐθνεοῦντια* Turn. *εὐθνεοῦντίας* M. G. Ald. *εὐθνεοῦντίας* Rob. *εὐστεοῦντίας* Aug. *εὐστεοῦντια* Ven. Flor. et *σθ* supra adscripto Farn.

896. Accusativus *σωτηρίαν* refertur, ut omnia in his versibus, ad id quod v. 889. chorus dixerat.

897. *δ'* omittunt Ven. Flor. Farn. *ἐκφοροτέρα* G. Ald.

898. Hunc et sequentem versum choro tribuunt Ven. Flor. Farn. Rob. *φιτυποίμενος* Lobeckius Paralip. p. 195. *φιτυποίμενος* G. Ven. Flor. Ald. Turn. *φῆτυ ποιμένος* M. Aug. Rob. et in Aug. quidem super τ duo puncta (:) apposita sunt, quibus etiam alibi incerta scriptura indicatur. Asteriscum eodem fine adiecit in extremo versu Rob.

900. Hic rursus *ἀθ*. praefixum in Ven. Flor. Farn. Rob. Chori nota in G. Ald. *τοιαῦτα σοῦστι* Porsonus. *τοιαῦτα σοῦ'στι* M. Aug. Ven. Flor. *τοιαῦτα σοῦστι* Rob. *τοιαῦτισ' οὔτοι* G. *τοιαῦτίας οὔτοι* Ald. *τοιαῦτα σ' οὔτοι* Turn.

901. *τρεπτῶν* Ven. et, ut videtur, Flor. Farn. *ἀγόνων* Ald. *κούχ* pro *οὔχ* Ven. *οὐ'* in fine versus omittunt Ven. Flor. Farn.

902. *τὴν ἀστυνικον* G. Ald. Turn.

906. *νέμοι* Rob. *νόμον* Ven. Flor. Farn.

907. *ὄνσίβολον* G. Ald. Turn.

909. *ἄτ'* Turn. *ἄι'* M. *αἴτ'* G. *ἄτ'* Aug. Rob. *αἴτ'* Ald. *αἴτ'*, ut videtur, Ven. Flor. *αἴς* Farn.

911. *ἐπισεύτους* G. Ald. unde *ἐπιτεύχτους* fecit Turn. *βίον τύχας ὀνησίμους* M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. et, ut Franzius ait, Flor. ex quo Linwoodius *βίους τύχας* assert. *βίους ὀνησίμους*, omisso *τύ-*

χας, Ven. Farn. Adscriptum in Ven. Flor. και τοῦτο (τοῦτο Flor.) περισσὸν (περισσῶς Flor.) πρὸς τὸ κῶλον τῆς ἀντιστροφῆς.

912. 913. Hi duo versus omisi in Aug. ἔξαμβρόσαι M. G. Ald. Turn. ἔξ ἀμβρόσαι Rob. ἔξαμῦρόσαι Ven. Flor. Farn. Adscriptum ἀντὶ μιᾶς in Farn. Probabilis est Pauwii emendatio, ἔξαμβρῦσαι, quamquam non videtur inveniri aliud aoristi primi huius verbi exemplum. De activo βρούειν v. Lob. ad Ai. p. 93.

915. δυσουρέτους Ald. 916. κατανασασμένη Ald.

918—920. Libri ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων τούτων οὐκ οἶδεν ὄθεν πληγαὶ βιότου. Multa mirabilia de his versibus prolata sunt. Non discedendum esse putavi ab ea sententia, quam in Opusc. VI. 2. p. 109. seqq. exposui. Itaque scripsi

ὁ δὲ μὴ κύρσας  
βαρέων τέκτων οὐκ οἶδεν ὄθεν  
πληγαὶ βιότου \*προσέπαισαν.\*

Excidisse enim aliquid, quo paroemiacus explebatur, antisystema docet. Aptum autem videtur προσέπαισαν. Sic dicuntur πρόσπαια κατὰ Ag. v. 332. et Θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῆ στρυγῆς πρὸς κύμασιν ἄτης Prom. v. 887. Neque tantum κυρέω, sed etiam antiquior verbi forma cum nomine vel participio iungi potest, ut in Soph. Oed. Col. v. 1159. θύων ἔκυρον. Sententiarum nexus hic est, *haec enim deae omnia quae ad homines pertinent administrant: si quis autem non commisit delictum, is nescit unde affligatur: nam priorum peccata his cum tradunt, et tacitum exitium etiam magna sonantem* (i. e. superbientem et de felicitate sua gloriantem) *pressumdat.*

921. ἀπλακῆματά νιν Pauwius. ἀμπλακῆματά νιν M. Par. Aug. G. Ald. Rob. Turn. ἀμαρτήματα, omisso νιν, Ven. (sic Ven. teste Bekkero) Flor. et, ut videtur, Farn.

922. Libri σιγῶν ὄλεθρος, nisi quod σιγῶν ὄλεθρος est in Ald. Scribendum erat σιγῶν δ' ὄλεθρος. Nam quod sequitur και non est et, sed etiam, omninoque qui poeticae dictionis naturam et vim norit, non dubitabit quin δὲ addi post σιγῶν debeat.

923. μεγαφώνους τ' G. Ald. unde Turn. μεγαφώνους, omisso τ'.

925. Similiter Herodotus III. 65. και ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέρει και γυναικῆς τε και ποιῖναι τίκτοιεν, ζοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι. Aeschines in Ctesiph. §. 111. p. 502. και ἐπέυχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρποῦς φέρειν, μήτε γυναικῆς τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ζοικότα, ἀλλὰ τέρατα, μήτε βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι etc. πλέοι Ven. Flor.

927. 928. φλογμός τ' Flor. (ut Franzius ait) et Turn. φλογμός, omisso τ', Ven. φλοιομός, sine τ', M. Aug. G. Ald. Rob. φλοιομός δ' ex Par. a Faehsio et Linwoodio assertur. Deinde τόπον pro τόπων Rob. Putavi olim scribendum esse φλοιομοῖς ὁμιματοστερῆς, id ut cum βλαβὰ coniungeretur. Schoemanno περῶν in πέραν mutandum videtur, quae

etiam Musgravii opinio fuit, atque sic scribendum, *φλογμός τ' ὀμματοστερηῆς φυτῶν μένοι πέραν ὄρου τόπων*, ut *τόπων* idem sit quod *τῶνδε τόπων*. Id fieri nequit. Nam si *γῆ, χθών, χώρα* nullo alio verbo addito de ea terra dicuntur, de qua sermo est, non continuo putandum est etiam *τόπους* ita dici posse. Verum esse videtur *φλογμός τ' ὀμματοστερηῆς φυτῶν*, neque quicquam mutandum in iis quae libri ita scripta habent, *τὸ μὴ περᾶν ὄρον τόπων*. Ardor oculos sive germina plantarum perdens, ut ne terminum locorum suorum transgrediantur, nihil aliud est, ut Schützius vidit, quam ardor qui oculos plantarum impedit quominus progerminent et efflorescant. Intelligendum est autem *μὴ ἐφερπέτω* ex eo quod sequitur *μηδ' ἐφερπέτω*.

929. *αἶα νῆς* G. 930. *ἐφέρπω* Ven.

931. *εὐθνεοῦντ' ἄγαν* M. Aug. G. Turn. *εὐσθνεοῦντ' ἄγαν* Ald. *εὐθνεοῦντ' ἄγαν* Rob. *εὐθνηοῦντ' ἄγαν* Ven. Flor. Farn. Recepti nunc Dobraei emendationem *εὐθνεοῦντα γᾶ*.

932. *διπλοῖσιν* Stanleius, et sic Ven. Flor. *διπλοῖς* M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. *ἐν βρούοις* ex M. affertur.

933. *τρέφοι* libri. Deinde *τεταγμῖω* Ald. Denique *γόνος* omnes praeter Turn. qui *γόνον* scripsit. Apparet duas syllabas excidisse. Olim putabam scribendum esse *μηλά τ' εὐθνεοῦντ' ἄγαν* — *πρέποι χρόνω τεταγμένω γόνος δὲ γᾶς* etc. Nunc, recepta v. 931. Dobraei emendatione, scripsi

*τρέφοι χρόνω τεταγμένω γόνος \*δ' αἰε\**  
*πλουτόχθων* etc.

Ita Musgravius et, ut videtur, Pearsonus.

934. *πλουτόχθω νερμυαίαν* Ald. Scholiastes ὁ *καρπὸς ὁ ἐκ γῆς πλουτίζων*. Intelliguntur metalla: erant enim, ut notum est, aeris fodinae in Colono, argenti in Thorico et nobiliores in Laurio monte. Has significat Aeschylus etiam in Persis v. 236. *ἀργύρου πηγῆ τις αὐτοῖς ἐστι, θησαυρὸς χθονός*.

935. *τίοι* M. Aug. Turn. et haud dubie Ven. Flor. Farn. *τισι* G. Ald. sed in G. ultimae duae litterae punctis notatae et *οι* supra scriptum. *τίσι* Rob.

936. *ἦ* Ven.

937. *οἶα ἐπικρανεῖ* M. G. Ald. *οἶ'* (οἶ, Rob.) *ἐπικρανεῖ* Rob. Turn. et, ut puto, Aug. *οἶ'* *ἐπικραίνει* recte Pauwius, et ita Ven. atque, ut videtur, Flor. Idem vitium sublatum in Ag. v. 1300. *γὰρ* omittit Rob.

938. *ἐρινὺς* M. Par. G. Rob. *ἐριννὺς* Ven. Flor. Farn. Ald. Turn. *πάρα τ'* Ald.

940. *διαπράσσουσιν* M. Par. Aug. G. Ven. Ald. Rob. *διαπράσσουσι* Flor. *διαπράσσουσι* Turn.

941. *τοῖς δ' αὖ χρόνων* M. Par. G. Ven. Rob. et, ut Linwoodius ait, Flor. cui *τοῖς δ' αὖ δακρύων* Franzius tribuit. Id est in Ald. Turn.

943. ἀνδρομήτας Farn. ἀνδρομήκτας Ven. ἀνδρομήτας Ald. αἰώρους M. Aug. G. Ἄλδ. Turn. αἰώροις Rob. idque ex Ven. Flor. affertur.

945. νεανίδων trisyllabum est. ἀντὶ μιᾶς adscriptum in Farn.

946. 947. βίότου Ven. Flor. Farn. Deinde κύρι' ἔχοντες θεαὶ τῶν, μοῖραι M. G. Ald. θεαὶ τῶν μοῖραι Rob. θεαὶ, τῶν μοῖραι Turn. κύριες ἔχοντες θεαὶ τῶν, μοῖραι Ven. Flor. Farn. Casaubonus et Stanleius ἔχουσαι. Alii θεοί. Scribendum puto κύρι' ἔχοντες, θεαὶ τ' ὡς Μοῖραι, ut Parcae dicantur Furiarum ματροκασιγνήται, i. e. κασιγνήται ὁμομήτριοι (ita enim hoc vocabulum hic explicandum esse videtur), κύρι' ἔχοντες autem intelligantur dii qui matrimoniis praesunt, qui sunt praeter Venerem maxime commemorati v. 213. Iuppiter et Iuno. [Eodem modo Hermannus in Opusc. VI. 2. p. 115. Aliter in Annalium Vindobonensium vol. CXI. Ibi p. 265. repudiata, ut inutili et languida, Schoemanni coniectura, ἀνδροτυχεῖς βίότους δότε καίρι' ἔχοντας, verum esse iudicavit κύρι' ἔχοντες θεαί, p. autem 251. seq. ita disputavit. *Um die schwierigen worte zu erklären, κύρι' ἔχοντες θεαί, τῶν Μοῖραι ματροκασιγνήται, stellt herr Schömann den ingeniosen gedanken auf, dass der dichter einer alten theogonie gefolgt sei, in welcher der ursprung aller dinge der Ocean war. In jenem systeme seien nun sicherlich die Mören töchter des Oceans gewesen, eben so wie Tyche, die nach Pindar bei dem Pausanias VII. 26, 8. eine der Mören sei, und bei dem Hesiodus unter den Oceaniden vorkomme. Eine der Oceaniden nun sei Eurynome; töchter dieser aber seien die Charitinnen; mithin deren mutterschwestern die Mören. Den worten des Aeschylus würde diese deutung allerdings angemessen sein, wenn ihr nicht andere bedenken entgegenständen. Aber erstens ist es eine blosse hypothese, dass die Mören töchter des Oceans seien; denn die Oceanide Tyche hat eine ganz andere bedeutung bei dem Hesiodus als bei dem Pindar, und ist mithin nicht dieselbe. Die pindarische, von der Pausanias sagt ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τε ἄλλα πείθομαι τῇ ᾠδῇ καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφὰς τι ἰσχύειν, beruht auf einem solchen mythus, wie der von Pausanias l. 19, 2. erwähnte ist, τὸ δὲ ἐπίγραμμα σημαίνει τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τῶν καλουμένων Μοιρῶν εἶναι πρεσβυτάτην. Zweitens ist es nicht denkbar, dass, wenn die Charitinnen gemeint sein sollten, nicht nur ihr name nicht genannt, sondern sie auch nach einem wenig bekannten mythus bloss durch ihre mutterschwestern kenntlich gemacht wären. Drittens sind die auf jene worte folgenden prädicata, die herr Schömann in seiner übersetzung auf die Charitinnen bezogen hat, so wenig für diese charakterisierend, dass sie vielmehr auf die Mören passen, auf die sie auch der wortstellung nach am natürlichsten bezogen werden. Fasst man daher, wie billig, das ins auge, was die worte ihrer bedeutung und stellung nach als das von selbst sich darbietende ent-*

halten, so ist der sinn der: gebet dass den jungfrauen männer zu theil werden, ihr diesem amte vorstehenden göttinnen, deren mutterschwestern die Mören sind. Daraus ergibt sich nun von selbst, dass diese göttinnen deswegen nicht mit namen genannt sind, weil verschiedene göttinnen gemeint werden, die der dichter nicht einzeln nennen wollte. Damit aber nicht an Aphrodite und Here gedacht werde, fasst er sie unter einer andern bestimmung zusammen, und bezeichnet sie durch ihre mutterschwestern. An die Charitinnen ist nun wohl allerdings zu denken, aber an diese nicht allein: denn sonst würden sie genannt sein. Also werden ihnen noch die Horen zugesellt werden müssen. Bei dem Hesiodus haben beide zum vater den Zeus, die mutter der Charitinnen aber ist (Theog. 907.) Eurynome, der Horen (901) Themis. Vermuthlich gab Aeschylus beiden dieselbe mutter, sei es die Eurynome oder Themis, oder welche sonst, deren schwestern die Mören waren, die nach in die Theogonie eingeschobenen versen töchter der Themis sind. Aeschylus lässt uns darüber in ungewissheit.]

948. ὀρθόνομοι G. Ald. Turn. ὀρθονόμοι Rob. et, ut videtur, reliqui. Hoc a νέμω factum est, iusta distribuentes: illud a νόμος, et potest videri praefereendum esse.

949. δαίμω pro δόμω Bekkero teste Ven. et Linwoodio teste Flor. μετάκοινοι Turnebus. μέγακοινοι M. Par. Rob. μεγάκοινοι Aug. G. Ven. Flor. Farn. Ald.

950. ἐπικριθεῖς Par. ἐπιβριθαῖς, male lecto scripturae compendio quod in G. est, Ald.

951. ἐν δίκῳ Rob. Male olim iungebantur haec verba, ἐνδίκῳς ὀμιλίαις, cum sequentibus.

952. πάντα Canterus. πάντα M. Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob. πάντων Farn. Turn. τιμιώτατα Rob.

955. χάννμαι G. Ald. ὄμματι Ven. Flor.

956. ἐποπῆ Flor. ἐποπιῆ Farn. ἐποπις teste Bekkero Ven.

957. ἀπονηραμένας Ven. (sic Ven.) Flor. Farn.

958. Libri ἐκράττει.

961. τὰν δ' ἄπλειστον Aug. Rob. τὰνδ' ἄπλειστον M. Ven. Flor. τὰν δ' ἄπλειστον G. in quo ante correctionem τῶν δ' fuerat. τόν δ' ἄπλειστον Ald. τήνδ' ἄπλειστον Turn.

962. μήτ' pro μήποτ' Rob.

963. τὰδ' Rob. ἀπέυχομαι Par. ἐπαύχομαι Rob. Pro verbo βρέμειν in ed. Turn. per errorem e fine sequentis versus repetitum est πολιτῶν.

964. μηδὲ πιούσα κόνης Rob. Turn. et, ut videtur, M. μηδ' ἐπιούσα Aug. Farn. et Bekkero teste Ven. μηδ' ἐπιούσα κόνης G. μηδ' ἐπὶ θυσιακόνης Ald. Deinde πολιτῶν M. Aug. Rob. et ex correctione G. πολιτῶν G. ante correctionem et Ald. Turn. πολιητῶν Ven. Flor. Farn.



965. ποιῶς Pauwius, et sic Ven. Flor. Farn. ποιῶς M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. Deinde ἀντιφώνους Ven. Flor. Farn. Intellige δι' ὄργην τῆς ποιῆς ἀρπαλίσαι ἀντιφόνους ἄτας πόλεως.

967. ἀντιδοῖεν M. Aug. G. Ven. Flor. Rob. ἀντιδοῖεν Ald. Turn.

968. κοινοφελεῖ Aug. Ven. Flor. Rob. Turn. et, ut Franzius ait, M. κοινοφελεῖ G. Ald. idque alii ex M. afferunt. Iam olim scripsi κοινοφιλεῖ, quam emendationem sequens versus confirmat.

971. 972. ἄρα Flor. Farn. et Bekkero teste Ven. ἄρα ceteri. Deinde φρονοῦσιν M. (sic M.) G. Ald. φρονοῦσι Aug. Flor. Turn. φρονοῦσθης Ven. Rob. In versu sequente libri omnes (nam sic etiam M.) εὐρίσκει. Robortellus ex sua coniectura εὐρίσκεις dedit. Porsonus ex Pauwii coniectura εὐρίσκειν edidit, non addita interpunctione, quae post εὐρίσκει erat. Ego olim scripseram ἄρα φρονοῦσα γλώσσης ἀγαθῆς ὁδὸν εὐρίσκεις; Sed servandum potius est φρονοῦσιν et adscito εὐρίσκειν continuanda oratio ita ut post πολίταις signum interrogationis ponatur. Num, si sapiunt, his civibus magnum ab his horribilibus vultibus lucrum video bonae linguae viam invenire? h. e. nonne utile erit bene his Furiis dicere?

974. 975. εὐφρονας εὐφρονες Turn. εὐφρόνας εὐφρονες Aug. Ven. Flor. εὐφρόνας εὐφρονες M. Par. εὐφρανας εὐφρονες G. Ald. εὐφρόνως εὐφρονες Rob. Deinde αἰὲ M. Aug. G. Ald. Rob. αἰεὶ Ven. Flor. Farn. Turn.

976. 977. Libri καὶ γῆν καὶ πόλιν. Deinde ὀρθοδίκαιοι Aug. Ceteri ὀρθοδίκαιον. Denique πάντως scribendum esse Bothius vidit, et habet hoc Ven. Ceteri πάντες, quod inutile est et languet. Scripsi

καὶ γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι  
πρέψετε πάντως διάγοντες.

978. χαίρετε, χαίρει Turnebus. Ceteri χαίρετε omittunt. Deinde ἐν αἰσιμίαισι Schützlius in secunda editione, male tamen πλούτων omittens. ἐν αἰσιμίαισιν ex Farn. affertur. ἐν αἰσιμίαις M. Par. Ven. Flor. Rob. In corrigendis Rob. pro αἰσιμίαις iubet ἀζημίαις scribi. ἐραισιμίαις pro ἐν αἰσιμίαις Aug. G. Ald. Turn.

979. ἀστικός M. G. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob. Turn. Sic etiam e correctione Aug. quum antea scriptum fuisset ἀστυκός, ut in ed. Vict. Erotianus p. 190. ἴκταρ, ἐγγύς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησὶ "χαίρει Ἀττικὸς λεὼς ἴκταρ ἡμενοὶ Διός."

980. ἴκταρ G. ἴκτ' ἄρ Ald. ἴκταρ Rob. Intelligenda sunt haec verba de praestantia et virtute. Plato in Philebo p. 16. C. οἱ παλαιοί, κρεῖττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, et de re p. III. p. 388. B. Προῖμον ἐγγύς θεῶν γεγονότα. Ipse Aeschylus in Nioba (fr. 169.)

οἱ θεῶν ἀγγίσποροι,  
οἱ Ζητὸς ἐγγύς, ὧν καὶ Ἰδαῖον πάγον  
Διὸς πατρῶον βωμὸς ἐστὶ ἐν αἰθέρι,

κοῦπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.

981. 982. παρθένου Rob. Turn. παρθένους M. Aug. G. Flor. Ald. παρθένους Farn. et Bekkero teste Ven. Deinde φίλις φίλοι Aug. Ceteri φίλις φίλοι. Denique libri σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ. Hoc vero admodum ineptum est. Scribendum est

παρθένου φίλις φίλοις  
εὐφρονοῦντες ἐν χρόνῳ.

Nobis Minervae amicis benevolentes deinceps: ut dixerat Minerva τάςδε γὰρ εὐφρονας εὐφρονες ἀεὶ μέγα τιμῶντες καὶ γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι πρόψετε πάντως διάγοντες.

983. δ' omittunt G. Ald. Turn. ὑποπεροῦς G. Ald.

985. χαίρετε δ' ἡμεῖς Ven. Flor. Farn. ποτέραν Ven. Flor. δ' ἡμεῖς Porsonus. Libri δέ με.

986. Post ἀποδείξουσαν vulgo interpungitur.

987. προπομπῶν Bentleius in Resp. ad Boylium p. 79. πρόπομπον M. Par. Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob. Turn. προπομπὸν scripsit Victorius. Non praeit in pompa Minerva, ut Müllerero visum est, sed προτέρα στείχει, i. e. abit de scena ante pompam. Ideo χαίρετε dicit. V. Orusc. VI. 2. p. 121. Sed paene non dubito quin inserta v. 987. post φῶς copula ita haec scribenda sint,

χαίρετε ἡμεῖς (προτέρα δ' ἡμεῖς χρῆ  
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν),  
πρὸς φῶς θ' ἱερὸν τῶνδε προπομπῶν  
ἴτε, καὶ σμαγίων etc.

988. ὑποσεμνῶν G.

989. σύμμεναι G. Ald. δύμεναι Turn. ἀττηρὸν Bentleius.

Libri ἀττηρῶν.

992. ἡμεῖς δ' Turn. ἡμεῖς δ' M. Par. G. Flor. Rob. Ald. et, ut Franzius ait, Ven.

993. μετοίκοις Turn. μέτοικοι M. Par. Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob.

996. χαίρετε χαίρετε διπλοῖζω Farn. Ceteri χαίρετε χαίρετε δ' αὐθις ἐπιδιπλοῖζω. Scribendum erat

χαίρετε, χαίρετε δ' αὐθις, ἐπανδιπλοῖζω.

1001. εὐσέβοντες Turn. Ceteri εὐσεβοῦντες. V. Valck. ad Phoen. v. 1331. μεμέμψεσθε Ven. Flor.

1003. Libri αἰνῶ δέ. Nullus hic locus est particulae adversativae aut orationem continuanti. Scribendum αἰνῶ τε.

1004. πέμψω τι Rob. φέγγη Turn. et Franzio teste Flor. φέγγει M. G. Ven. Farn. Ald. Rob. et Linwoodio teste Flor.

1005. ἔνερθεν Rob. In Colono qui χάλκεις οὐδός dicebatur, aditum putabatur ad inferos habere. Similis specus fuisse videtur etiam in fano Eumenidum, ut in fano Veneris, quae ἐν κήποις dicebatur, κήφοδος erat ὑπόγειος αὐτομάτη, commemorata a Pausania I. 27, 3.

1006. ξυμπροσπόλοισιν Aug. G. Deinde φρουροῦσιν M. Rob.

Ceteri φρουροῦσι. Haec πρόςπολοι nescias utrum intelligendae sint e quattuor ἀρρηφόροις duae illae quae peplo Athenaico texendo praeerant (v. Harpocr. in v. ἀρρηφορεῖν, Anecdota Bekkeri p. 202, 3. 446, 18. Etym. M. p. 149, 8. Paus. I, 27, 3.), an τραπεζοφόρος et κοσμιώ, quas omnia Minervae sacra Athenis curasse narrat Harpocration in v. τραπεζοφόρος.

1008. Θησηῆδος Wakefieldius et Porsonus. Θησηῆδος M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. Θρησηῆδος Ven. Flor.

1009. Post hunc versum aliquot versus excidisse demonstravi in Opusc. II. p. 133. seqq. VI. 2. p. 117 seqq. Primum enim uexus nullus est inter hunc et sequentes versus. Deinde τιμᾶτε sic nude positum aliquid excidisse monstrat. Porro iuvenum, virorum, senum commemoratio desideratur, et dixerat Minerva v. 840.

καὶ σὺ τιμίαν  
ἔδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθίως  
τεύξει παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων...

Denique, quod ne poterat quidem aliter fieri, satis testatum est accepisse in hac tragoedia Furias a Minerva Eumenidum nomen. Aristophanes grammaticus (huic enim argumentum Eumenidum in codice M. tribuitur) Ὁρέστης ἐν Δελφοῖς περιεχόμενος ὑπὸ τῶν Ἐρινύων βουλῇ Ἀπόλλωνος παρεγένετο εἰς Ἀθήνας εἰς τὸ ἱερόν τῆς Ἀθηνᾶς· ἥς βουλῇ νικήσας κατήλθεν εἰς Ἄργος. τὰς δὲ Ἐρινύας προῦνασα (ita scribendum: προῦνας M.) προσηγόρευσεν Εὐμενίδας. Harpocration in v. Εὐμενίδες, — Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσιν, εἰπὼν τὰ περὶ τὴν κρίσιν τῆν Ὁρέστου, φησὶν ὡς ἡ Ἀθηνᾶ προῦνασα τὰς Ἐρινύας, ὡς τε μὴ χυλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὁρέστην, Εὐμενίδα τὸν ὠνόμασεν. εἰσι δὲ Ἀλκχιώ, Μέγαιρα, Τισιφόνη. Sumpserunt haec ab Harpocrate Photius et Suidas.

1010. φοινικοβάπτους Ald. φοινικόβαπτος Turn. ἐσθήμασιν Ven. Farn. ἐσθήμασι ceteri. Ἐνδυτός non simpliciter quod induitur significat, sed quod ornatus caussa. V. Eur. Iph. Aul. v. 1079. Troad. 259. Apud eundem in Ione v. 231. ἐνδυτός στέμμασι sertis ornatus est. Sic ἐνδυτήρα πέπλον Sophocles dixit Trach. v. 674.

1011. τιμᾶτε Ven. Flor. Rob. Turn. τιμᾶται M. Aug. G. τιμᾶται Ald. ὀρμάσθω Rob. ἐρμάσθω G. Ald.

1013. τολοιπόν Ven. Farn. ἐνάνδροισι Flor. ἐνάνδροισιν M. G. Ven. Ald. Rob. Turn. πρέπει Ald.

1014. προπομπὸς χορὸς adscriptum in Flor. Chori nomen in M. Aug. Par. Ven. Ald. Turn. Nulla personae nota in Rob. βᾶτε δόμῳ Wellauerus. βᾶτ' ἐν δόμῳ M. βᾶτ' ἐν δόμῳ (vel δόμῳ) Aug. Par. G. Ven. Flor. Ald. βᾶτ' ἐν δόμῳ Rob. βᾶτ' ἐκ δόμων Turn.

1015. Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες non dicuntur Furiae quod prole careant, quae Schützi et O. Mülleri opinio fuit, sed intelliguntur grand-

aevae. Ita v. 72. *Νυκτὸς παλαιὰ παιδεις*. Deinde *ἔπενθύηρονι πομπῇ* Ald. *ἔπ' εὐθύηρονι πομπῇ* Flor. Ceteri *ἔπ' εὐθύηρονι πομπῇ*. Ludovicus Dindorfius in Stephani Thes. vol. III. p. 2503. scribendum coniecit *ἔπ' εὐήηρονι πομπῇ*. Id recepi.

1016. *εὐφημεῖτε δὲ* Flor. Deinde libri *χωρεῖτε*. Scribendum esse *χωρεῖται* indicavi in Elem. doctr. metr. p. 435. Pluribus exemplis hoc vocabulum illustrat Stephanus Byzantius in v. *χώρα*. Intelliguntur autem *incolae regionis* vel *cives*. Sed fuerunt fortasse qui *προπομπούς* indicari crederent, quandoquidem Hesychius scribit *χωρίτης, ἀγρώτης, ἄγροικος. ἄλλοι τὸν ὁδηγόν*. Ceterum praecedentia, non habita ratione versus intercalaris, cum sequentibus ita nexa sunt, *βῆτε δόμω γῆς ὑπὸ κεύθεσιν*.

1017. *ἄγγυλοισι* Turn. Sed ceteri omnes recte *ἄγγυλοισιν*.

1018. Libri *καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις*. Prius *καὶ* iam olim delevi. Deinde *περισέπτια τύχη τε* M. Par. *περίσεπτα τύχη τε* Aug. sic ut super *α* primi vocabuli duo puncta sint (hoc modo:), quibus incerta scriptura indicatur. *περισεπτὰ τύχαστε* sic G. *περισέπια τύχη τε* Ven. *περισέπια τύχη τε* Flor. Farn. Rob. *περὶ σεπτὰ, τύχαστε* Ald. *περίσεπτα, τύχαις τε* Turn. Musgravius *περίσεπτα τυχοῦσαι*. Ea emendatione, ut simplicissima, recepta, scripsi

*τιμαῖς καὶ θυσίαις περίσεπτα τυχοῦσαι*.

Sed incerta est huius versus emendatio. Possunt enim multa alia excogitari. Quod in Opusc. VI. 2. p. 125. scribendum conieci *πυρισέπιοι τύχη τε*, servato in strophico versu *ἔπ' εὐθύηρονι πομπῇ*, dactylicoque numero ad paeonicum progrediente, prorsus intolerabile visum est Schoemanno. Sed quum saepius tamquam insigne quid commemorentur ardentes faces (v. 987. 1004. 1011. 1021. 1024.), hic quoque ignium honoris, cuius compotes factae sunt Eumenides, aptissime fieret mentio. Ipse Schoemannus scribendum putavit *τιμαῖς καὶ θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς περίσεπτια*. Verum Aeschylus dixisset, puto, *περίσεπτοι*, neque *τε καὶ* posuisset. Melius scriberetur *τιμαῖς καὶ θυσίαις πυρισέπτοις τε σὺν εὐχαῖς*, aut *πυρισέπτοις τε τύχαισιν*.

1019. *εὐφημεῖτε δὲ* Flor. *πανδαμὶ* M. Aug. Par. G. Ald. *πανδαμει* Rob. Turn. *πανδημει* Ven. Flor. Farn.

1020. Libri *ἴλαοι δὲ καὶ εὐθύηρονες γῆ*. Scribendum

*ἴλαοι δὲ καὶ τῆδ' εὐήρονες γῆ*.

1021. *σὺν*, quo libri carent, ego inserui.

1022. Libri *λαμπάδι*, sed in M. *ἀδι* in litura ab alia manu scriptum est. Scribendum erat *λάμπα*. V. ad v. 379. Deinde libri *τερπόμεναι. καθ' ὁδόν δ'*, nisi quod G. interpunctionem post *τερπόμεναι* omittit. Scribendum est *τερπόμεναι καθ' ὁδόν*, omisso *δ'*. Id etiam Boissonadus vidit.

1023. *ὀλολύξατε* G. Ald. *ἐπιμολπαῖς* Rob.

1024. *ἐς τὸ πᾶν* dictum ut *εἰς τὸ πᾶν χρόνον* v. 662. *ἔνδαι-*

δες οἴκων M. Aug. ἔνδαι δ' ἐς οἴκων G. Ald. Turn. ἔνδαδες οἴκων Rob. ἔνδαδες οἴκων Ven. Flor. Farn. V. Lob. Paralip. p. 143.

1025. 1026. παλλάδος ἀστοῖσι ζεὺς πανόπτιας M. Aug. G. Ven. Flor. Farn. Rob. παλλάδος ἀστοῖσι ζεὺς πανόπτιας Ald. Turn. Deinde μοῖρά τε Rob. μοῖρα τε Aug. G. Ven. Flor. Ald. Turn. Scribendum est, ut Musgravius quoque partim intellexit,

σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες οἴκων  
Παλλάδος ἀστοῖς· Ζεὺς ὁ πανόπτιας  
οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβη.

*Pax in omne tempus cum lumine laedarum in sedibus (Furiarum) Palladis civibus: Iuppiter et Parca sic consenserunt.*

Post v. 1027. in M. subscriptum ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΣΥΝ ΘΩ ΤΕΛΟΣ. In G. τέλος εὐμενίδες δράματος αἰσχύλου. In Ven. Flor. ἰδοὶ πάλιν γε τέρμα τῶν εὐμενίδων.

## DE RE SCENICA IN AESCHYLI ORESTEA.

[Edita est haec dissertatio anno MDCCCXLVI.]

Ex quo Volgangus Goethius Euripidis Iphigeniam nostri aevi ingenio accommodatam in scenam emisit, Fridericus autem Schillerus recentioris historiae argumentis imitari Graecorum tragoedias studuit, ex parte via videbatur monstrata esse quam ingrederentur qui posthac essent tragoedias scripturi. Non exstitit tamen qui rem inchoatam perficeret: quippe nec satis cognitae erant leges Graecae tragoediae, et deterrebat chori usus, quem Goethius scite effugerat choricis partibus in Iphigeniam translatis. Nuper demum ipsa Graeca tragoedia laudabili conatu in theatrum producta, quamquam in potissimis quibusdam rebus erratum erat, tamen ita hominibus ostendit quanta vis sit antiquae simplicitatis, ut etiam qui novitate primo stupuerant tardiores et hebetiores animi, mox incredibiliter se commotos esse faterentur. Iam vero audimus etiam integram illam trilogiam, quae sola servata est, in brevius contractam theatro traditum iri: quam in patriam linguam transferre iussum Ioannem Franzium quum videam auctoritate O. Mülleri et I. Gust. Droysenii permotum adscivisse quae hi viri incredibilia commenti sunt, operae pretium duxi de re scenica in istis tragoediis pauca disserere. Accidit enim illis, ut, quum omnia quam accuratissime exornare cuperent, antiqua cum hodiernis commutarent, putarentque, quae nunc fortasse placeant, etiam Graecis ante plus quam duo annorum milia placuisse. Verum in ea re levitas et cursim peragratae antiquitatis ostentatio, non peritia et studium veritatis cernitur. Facile est fingere quae facta esse potuerint (et non haec tantum, sed etiam quae ne potuerunt quidem fieri pro veris vendita viderimus): verum qui non lusus luxuriantium ingeniorum, sed res testatas aut iusta ratiocinatione inventas repraesentare volent, eos non decet proferre quae neque an fuerint sciunt, et, si quaerent, aut non fuisse, aut multo aliter comparata invenirent. Ita quis credat Furias in Eumenidibus foeda illa specie introductas esse quam pictam dedit C. A. Böttigerus, neque

intelligat refutari istud inventum multis illis antiquae artis operibus, in quibus Furiae Orestem persequentes conspiciuntur? aut quis credat aram Delphicam in scena positam esse illis quas Euripides nominavit deorum imaginibus ornatam, quod Mullero visum est, quia deos Delphis cultos sacerdos Pythia invocet? Naturam imitabantur Graeci, eoque in omne aevum pro exemplis veri rectique erunt. Atqui naturae legem esse constat, quod paucis fieri possit, non efficere per multa, hoc est, ut aliis verbis dicam, nihil instituere quod non sit necessarium. Et quam in picturis Graecorum caelaturisque simplicitatem cernimus, in quibus quae non necessaria sunt vel plane omittuntur, vel significantur magis quibusdam notis quam contemplanda exhibentur, ita quis dubitet quin idem etiam factum sit in rebus scenicis? Immo ne coniectura quidem opus est, quum apertissimum documentum praebeat chorus, qui prius ex duodecim, post ex quindecim hominibus constans non solum ubique fere pro multo maiore hominum multitudine est, sed etiam pro certo eoque maxime dispari numero, ut in Supplicibus Aeschyli et Danaïdibus pro quinquaginta filiabus Danaï totidemque earum ancillis. Hinc aestimari licet, splendidum et magnificum illum apparatus, quem isti quos dixi viri excogitarunt, relinquendum esse vana somnia simplici veritati praeferentibus, neque inferenda in theatrum, quae Athenienses, qui Aeschyli tragœdias agi viderunt, non solum stupuissent, sed etiam risissent.

In Agamemnone conspici ait Franzius, ut omittam quae Droysenio ludere placuit, regiam Argorum, cuius duarum alarum in dextra domestici habitent, in sinistra autem hospites accipiantur. Recte hoc quidem, si dextram sinistramque dicit, quae spectatoribus ad dextram sinistramque sint. Nam veteres pugnantia inter se memorant, in iisque qui sua ex diversis scriptoribus excerpserit Pollux. Apud eum IV. 125. haec leguntur, ἐν δὲ τραγωδίᾳ ἢ μὲν δεξιὰ θύρα ξενῶν ἐστίν, εἰρκιῆ δὲ ἢ λαιά. Credet quis, quoniam dextra ubique potiora habentur, dextram dici quae exeunti ex regia ad dextram sit. At §. 126. ita scriptum est, παρ' ἐκάτερα δὲ τῶν δύο θυρῶν τῶν περὶ τὴν μέσην ἄλλαι δύο εἶεν ἄν, μία ἐκατέρωθεν, πρὸς ἃς αἱ περίακτοι συμπεπήγασι, ἢ μὲν δεξιὰ τὰ ἔξω πόλεως δηλοῦσα, ἢ δ' ἑτέρα τὰ ἐκ πόλεως, μάλιστα τὰ ἐκ λιμένος. — τῶν μέντοι παρόδων ἢ μὲν δεξιὰ ἀγρόθεν ἢ ἐκ λιμένος ἢ ἐκ πόλεως ἄγει, οἱ δὲ ἀλλαχόθεν περὶ ἀγρικνούμενοι κατὰ τὴν ἑτέραν εἰσίσουσιν. Haec aperte diversorum scriptorum verba sunt: nam si dextra περίακτος quae extra urbem sunt, sinistra autem quae ab urbe et portu apparent ostendit, non possunt, ut alter dicit, qui ex urbe aut rure aut a portu veniunt, quae pertinent ad urbem, e dextro aditu, peregrini autem e sinistro prodire: ex quo consequitur alterum ut in proscenio, alterum ut inter spectatores stantem esse locutum: et hic quidem etiam illud recte scripsit, qui pedibus veniant, eorum esse sinistrum aditum: nam qui peregrini navi appulerunt, ex portu qui ad urbem est ea qua ipsi cives via veniunt. Cum priore illorum scriptorum consentit

is qui scripsit quae in vita Aristophanis p. XIV. b. in Küsteri editione de choro dicta sunt, *καὶ εἰ μὲν ὡς ἀπὸ τῆς πόλειος ἤρχοντο ἐπὶ τὸ θέατρον, διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἀψίδος εἰσῆει, εἰ δὲ ὡς ἀπὸ ἀγροῦ, διὰ τῆς δεξιᾶς*: non enim repugnat illud *ἐξ ἀγροῦ*, quia chorum intelligit non ex suburbiis, sed ex remotis ab urbe locis venientem. Cum altero autem patet Photium facere, qui scripsit, *τρίτος ἀριστεροῦ· ἐν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τριῶν ὄντων στοιχείων καὶ ζυγῶν, ὃ μὲν ἀριστερὸς στοιχὸς ὁ πρὸς τῷ θεάτρῳ ἦν, ὃ δὲ δεξιὸς πρὸς τῷ προσκηνίῳ· συνέβην οὖν τὸν μέσον τοῦ ἀριστεροῦ στοιχὸν τὴν ἐντιμοιότητα καὶ τὴν οἶον τοῦ πρωτοστάτου χώραν ἐπέχειν καὶ στάσιν*. Eadem fuit scholiastae Aristidis sententia p. 535. 536. Nimirum plerumque ex civibus urbis constabat chorus, quem consentaneum est, si quando ex peregrinis compositus erat, ut Titanum ille in Prometheo soluto, altero aditu in orchestram prodisse. Et haec quidem quae de choro tradita sunt non sinunt dubitari quin dextra et sinistra in re scenica rectius ea dicantur, quae spectatoribus ad dextram et sinistram sunt. De qua re non videtur aut Droysenio constitisse aut Franzio, qui nusquam quid dextrum sinistramve dicant indicaverunt, sed ubique viam civium et peregrinorum nominaverunt. Habemus vero etiam de ipso proscenio luculentum testimonium in principio Electrae Sophoclis, ubi paedagogus Orestis, veniunt autem Mycenae ex Phocide, haec dicit,

*αὐτὴ δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ  
ἀγορὰ Λύκειος· οὐδ' ἀριστερᾶς δ' ὄδε  
Ἦρας ὁ κλεινὸς ναός· οἱ δ' ἰκάνομεν,  
φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρόσους ὄραν.*

Nam peregre ab sinistra venienti ad sinistram monstrari poterat templum Iunonis: quod si ab dextra venirent, ad sinistram respicientibus non templum erat ullum, sed consessus spectatorum. Recte igitur Franzius, etsi haud scio an sinistra cum dextris permutans, in sinistra regiae ala hospitalia collocavit: convenitque cum ea re quod scholiastes Aristidis dicit p. 535. de solis ille quidem choris loquens, *ἐν μὲν χοροῖς τὸ εὐώνυμον τιμιώτερον, ἐν δὲ πολέμοις τὸ δεξιόν*. Illud vero sine ulla causa fictum est, excubitorem in tecto illius alae, quam domestici teneant, ex strato exsurgere. Nam neque indicatum est de ea re quicquam, et parum veri simile est, illius alae potius quam ipsius regiae tectum, ex quo ut altissimo loco longissime prospectus pateret, pro specula fuisse. Nam ne quis forte turriculam fingat observando igni exstructam, quia Pollux §. 127. 129. *φρυκτώριον* commemoret, cogitare debet eo nomine potius pharum significari, in qua accensus ignis navibus iter monstret.

Post v. 39. adnotatum est via civium in orchestram prodire chorum et circum thymelen ambulare. At ambulatio illa orta est ex vano commento Mülleri, thymelen in orchestra fuisse putantis, quam in lignea illa orchestra, quae fabularum agendarum causa exstruebatur, nec fuisse



ullam, et in quibusdam fabulis, ut in Prometheus, in Philocteta, in Cyclope, ne potuisse quidem aram, ut in locis desertis, cogitari, alibi demonstratum est. Anapaestos chori Droysenius suoapte arbitrio tribus quos finxit chori ducibus distribuit.

Post v. 82. ex foribus regis processisse accipimus sollemnem pompam famularum pateras et urceos tenentium, quae in orchestram descendat sacrificandi causa; in proscenio autem apparere Clytaemnestram cum comitatu, quae dum sacra faciat, pronuntiare chorum anapaestos. Haec magnifica luxuriantis ingenii commenta, accepta illa a Droysenio, pariter ut ambulatio circa thymelen, alienissima sunt a Graecae tragoediae simplicitate: nec si quis quaerat unde sumpta sint, erit quod responderi possit. Nemo nisi ipsa regina prodit, quam duae comitantur famulae, ut mos est.

Sicuti post v. 345. ed. Well. [339. ed. Herm.] et post v. 600. [592.] abitus Clytaemnestrae notatus est, sic etiam post v. 572. [564.] eam redire indicandum erat.

Post v. 756. [748.] narratur ex Droysenii inventione in curru triumphali Agamemnonem advehi in orchestram; praecones, milites hastatos, iumenta clitellaria spoliis onusta, vehicula cum captivis mulieribus Troianis aliaque advenire; in curru regis sedere Cassandram. Quis haec miracula tradidit? nemo. Immo non solum tacet de his rebus poeta, sed ex parte refutat etiam istum apparatus ipse. Nam istum triumphalem currum, quem chorus 1040. [1029.] ancipiti vocabulo ὄχρον vocat, Clytaemnestra v. 880. [873.] 1009. [998.] ἀπήνην et chorus v. 1024. [1013.] ἀμαξήρη θρόνον dicit, ut commune vehiculum, quali iter facientes utuntur, idque nescio an mulis iunctum intelligi debeat. Vnde vero sumptum est illud, in orchestram advectum esse Agamemnonem? Scilicet aliud ex alio commentum nascitur. Quia cum exercitu ingentique comitatu impedorum advenisse rex visus est, non satis spatii tot hominibus, iumentis, vehiculis in proscenio fuisse putabatur. Sane, si quicquam istorum introductum esset. At id vel per se ineptum fuisset: nam revertentem a Troia Agamemnonem quis non credat antevertisse tardius incedentem exercitum, quo citius domum suam reviseret? Quid igitur necesse erat ut vehiculum eius in orchestra consisteret, quum nihil impediret, quin in proscenium adveheretur? Sed contulit aliquid ad illud inventum opinio eorum, qui per orchestram illuc adscendere sibi persuaserunt eos, qui non ex aedibus in proscenio exeant: quae opinio quum ex male intellectis quibusdam poetarum locis, tum ex Pollucis pervertitate orta est, qui quum §. 127. dixisset peregre advenientes ex sinistro aditu prodire, haec addidit, εἰσελθόντες δὲ κατὰ τὴν ὀρχήστραν ἐπὶ τὴν σκηρὴν ἀναβαίνοσσι διὰ κλιμάκων: in quo loco duplex videtur error esse, alter ipsius Pollucis, ut alibi indicavi, qui illa, εἰσελθόντες δὲ εἰς τὴν ὀρχήστραν (sic enim codices haec scripta dare Kuehnius et lungermannus testantur) illis quae §. 109. posuerat, subiungere debe-

bat, quorum postrema sunt ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ καθ' ἓνα ἐποιοῦντο τὴν παράδον: ad chorum enim pertinent: alter error scribae videtur esse, qui omiserit quaedam: nam illud, ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβαίνουσι διὰ κλιμάκων, non poterat recte sic simpliciter de choro dici, sed ita tantum, ut adderetur, si quos ex choro aliquid in proscenio agere oporteret, tum eos illuc per gradus adscendere: qui gradus, ut hoc in transcursu addam, non transversum, ut in Antigona vidimus, ab utroque latere, sed rectum ex orchestra adscensum praebebant, ut ex Athenaei mechanici verbis picturisque vasorum intelligitur. Iam ergo, si quis ostendere velit, vehiculum, in quo Agamemno et Cassandra sedebant, in orchestram esse advectum, demonstrare debet, iuxta periactos, quae non, ut quidam absurdissime crediderunt, frontes suas eadem in linea cum aedibus in scena conspicuis, sed ante frontem scenae obliquas spectatoribus ostendebant, non satis spatii iumentis et vehiculo ad ingrediendum in proscenium fuisse. Atqui ea spatia utrinque praebent aditus eos, qui αἱ ἄνω παράδοι vocabantur, quos non est verisimile tam angustos fuisse, ut uni tantum homini accessio esset, siquidem saepe etiam plures, iique aliquid portantes, ut si afferendum vel efferendum corpus mortui esset, per eos ire necesse erat. Quod si nihil caussa erat cur Agamemno praeter morem non ex superiore aditu in proscenium adduceretur, falsum est illud quoque, quod ad v. 879. [872.] adnotatum est, Clytaemnestram per aliquot gradus descendere, ut obviam eat Agamemnoni.

Ad v. 1042. [1031.] adnotatum est Cassandram oculos tollere et conspiceret domum regiam. Quum nusquam indicatum sit quando descenderit Cassandra de vehiculo, lectorem putare necesse est omnem illam motus plenissimam scenam ab sedente peragi, quod apertum est fieri nullo modo potuisse, nisi et poetam et actorem et totum theatrum sensu caruisse putabimus. Itaque monendum erat eam post v. 1041. [1030.] descendere, id quod ipsa quae praecedunt verba chori testantur. Et tamen Droysenius demum post v. 1267. [1253.] eam currum relinquere adnotavit. Idemque post v. 1303. novam ambulationem chori circum thymelen cum tribus ab se creatis chori ducibus instituit.

Ad v. 1345. [1332.] recte dictum est Clytaemnestram per ἐκκλιμα conspici. Nam tractis tabulatis apparet illa intus in conclavi stans ad corpus mariti. Droysenius vult eam super humero securim gerere, et corpora Agamemnonis et Cassandrae puniceis velaminibus tegi. Quod ex eiusdem sententia ad v. 1559. [1545.] adnotatum est, Aegisthum regio pallio amictum, circumdatum hastatis, ex hospitalibus prodire, in maius auctum est. Hastati enim isti non sunt plures quam duo ministri, neque intelligitur, cur ex hospitalibus prodire Aegisthus debeat. Certe non pro hospite apud Clytaemnestram absente Agamemnone videtur habitasse. Eum in Odyssea quidem legimus III. 272. Clytaemnestram ut uxorem in domum suam traduxisse, in qua est etiam Agamemno, ut IV. 532. narratur, occisus.

Pergo ad Choephoros, quarum scenae faciem eandem esse quam in Agamemnone verum est: illa autem, sepulcrum Agamemnonis in orchestra esse, in eamque etiam Orestem cum Pylade ingredi atque ante tumulum patris consistere, quae partim ad v. 22. repetuntur, ex Mülleri opinione accepta sunt. Commemorat quidem Franzius in addendis contrariam sententiam, sed defendit Müllerum duobus argumentis, uno, quod sicut interdum chorus in proscaenium adscendat, ita poeta etiam actores potuerit aliquamdiu in orchestra commorantes facere: Electram quidem solam esse, quae de proscaenio in orchestram descendat: quod argumentum patet pro nullo esse, quia nihil continet nisi potuisse fieri ut actores in orchestram veniant: nam etiam quod de Electra adiectum est, eo redit, ut illa propterea in orchestram descendisse putetur, quia sepulcrum sine causa ibi collocatum est. Non plus ponderis habet alterum argumentum, quod hoc est, ipsam chori parodum ostendere chorum comitatum esse Electram, quum in orchestram descenderet. Primum enim hic quoque pro certo sumptum est id quod ante omnia demonstrandum fuerat, in orchestra fuisse sepulcrum. Droysenio placuit thymelen, quae nulla erat, pro sepulcro esse, in eaque urnam quasi cum cineribus esse positam. Deinde vero quid dictum est in parodo, quod Electram in orchestram descendisse prodatur? Nempe de se dicit chorus *λατὸς ἐκ δόμων ἔβην*. At ex his verbis plus licito conclusum est. Mulieres choricæ famulitium sunt Clytaemnestrae (haec enim inferias mittit), vocanturque ab Electra v. 82. [74.] *δμῶαι γυναῖκες δωμάτων ἐνθάμμονες*. Itaque in aedibus regiis habitant, ut non incredibile sit ex his eas prodeuntes in orchestram descendisse. Verum quum se missas ex aedibus dicunt ad comitandas inferias, eo non significant Electram simul cum iis ex regia esse egressam: immo parum veri simile est ut adstet Electra dum parodum canunt, sed potius praemissae videntur, ut, si ex aedibus exeuntes conspiciuntur, putandae sint ex ea parte aedium, in qua famulitium habitat, prodire: quod ipsum quum statuat Franzius ad v. 10. eo frangit vim argumenti sui. Nam si comitarentur Electram, simul cum ea ex foribus regiae prodirent. Atque ipsa etiam Electra, quum v. 83. [75.] dicit

*ἐπεὶ πάρεσθε τῆςδε προστροπῆς ἐμοὶ  
πομποί,*

nunc demum se venire indicat, quum illas iam praesentes videt isto in loco, in quo carmen cecinerant. Igitur qua tandem causa sepulcrum in orchestra collocatum est? Crederem, si chorus inferias ferret Agamemnoni. At id non facit, sed potius Electram admonet, ut id recte pieque faciat, et non ea mente, qua Clytaemnestra voluerat. Itaque obsequens ei Electra verbis minime dubiis sese dicit inferias effundere v. 127. [121.]

*κἀγὼ χέουσα τῆςδε χέριβας φθιτοῖς  
λέγω.*

Quae quum ita sint, non est dubitandum, quin sepulcrum Agamemnonis in margine proscaenii sit, neque aut Electra contra morem tragoediae in

orchestram descendat, aut Orestes cum Pylade non ex superiore aditu in proscenium prodeat.

Ad v. 861. adscriptum est chorum se post thymelen recipere. Scilicet Droysenius eum considerare vult ad aversum a proscenio latus thymelae. At thymele in area theatri erat, quae et *ὀρχήστρα* et *κονίστρα* vocabatur, non in ea orchestra, quae super conistra ex trabibus ad usum chori tragici et comici exstructa, dimidio minor illa inferiore, a proscenio usque eo pertinebat, ubi in conistra erat thymele. Omnino non videtur veri simile ut chorus, qui iam necem imminere Agamemnonis interfecto-ribus videns secedit, in propatulo orchestrae consistat, quo loco spectato-rius potius facinoris esse velle, quam nihil vidisse videretur. Multo aptiores ad secedendum aditus orchestrae sunt: quumque ubique poetae scenici paria paribus componere soleant, non falleremur, credo, si putabimus chorum in diversa discessisse, ut alterum hemichorium se in dex-trum, alterum in sinistrum aditum receperit, ex quibus paullo post quum vacuum est proscenium, prodeuntes alterna canunt.

Ad v. 883. [884.] dictum est, in genua procidere Clytaemnestram. Vereor ego quidem ne id neque ingenio Clytaemnestrae conveniat, neque aut cum iis quae modo elocuta est aut cum illis quae deinceps dicit apte conciliari possit. Commota quidem vehementer est mulier, sed ut non supplex contremiscat, nec deponat insitam animo ferociam.

Ante v. 967. recte quidem dictum est *ἐκκνκλήματος* ope conspici Orestem: de illis vero, eum manu tenere ramum oleae, in capite gestare coronam, secum ferre pallium sub quo Agamemnonem trucidaverit Clytaemnestra, quae non habet Droysenius, nihil verum est nisi quod viridem ramum fert. Corona alienissima est: quae enim tam impudens foeditas esset, si filius interfecta matre se ut victorem corona ornasset, idque dum ipse facinus illud ut detestabile abominatur? Unde hoc sumptum sit non video. Crederem ex his eius verbis v. 1031. coniectum esse,

*ξὲν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίζομαι  
μεσόμυαλὸν θ' ἴδρουμα, Λοξίον πέδον,  
πυρρὸς τε φέγγος ἀφ' ἄθρονος κεκλημένον,*

nisi interpretatio doceret *στέφος* recte de vitta lanea ramo circumdata esse intellectum, de qua est in Eumenidibus v. 43. [44.]

*ἔχοντ' ἐλαίας ὑψηγέννητον κλάδον  
λήνει μεγίστω σιωφρόνως ἐστεμμένον.*

